NICOLAI CLENARDI INSTITVTIONES in Græcam linguam.

Vnà cum Annotationibus in Nominum, Verborumq́; difficultates, inuestigationeq́; thematis in verbis anomalis, & compendiosa Syntaxeos ratione.

Eiusdem Meditationes Græcanicę in Artem Grammaticam, quibus quilibet sine Doctore, Græcarum literarum cognitionem poterit adipisci.

Ad has RENATI GVILLONII Annotationes in eiusdem Grammaticam Græcam accessere.

Cum Praxi, siue vsu præceptorum Grammatices, PER P. ANTESIGNANVM.



VENETIIS, Apud Petrum Dusinellum, 1597.

NICOLAVS CLENARDVS FRANCISCO HOVERIO LVDI LITERARII MODERATORI apud Mechlinienses, S.

CVM ante annos aliquot discipulis meis, quos priuatim docendos susceperam, Graecas literas tradere vellem, congessi in eam linguam breues admodum institutiones, vt rudimentorum candidatis instar enchiridij forent. Id opusculum anno superiore prælo committere studui, partim vt auditoribus nostris expeditior via sterneretur, partim vt desiderio tuo satisfacerem, cui necessitudinis nomine plurimum deberem. Verum nec commoditas in præsentia dabatur Typographi, & otium alioqui deerat, quantum lambendus ille partus requireret Ita his proximis diebus temporis partem nactus, & Roscio nostro benignè operas præbente, libellum ad limã reuocaui, iustoq; auctario locupletatum reddidi. Meritò autem tibi dicandum duxi, vt hoc veluti testimonio Mechliniensium iuuentuti gratularer, quæ tam diligentem sortita præceptorem, non ipsa modo in Græcis literis strenuè promouet, sed exteros quoque plurimos studiorum fama in ludum tuum pellicit: adeo vt non triuialis scola sed celeberrima cuipiam Academiæ præesse Gymnasiorum sint æmula Faxit Deus, vt iste auspicatissimus cursus magis ac magis in dies prosperetur: & quemadmodum Latinos discipulos optimè eruditos, ita iam incipias Græcanica literatura præditos è nouis istis Athenis ad nos dimittere Vale. Louanij, xvij. Kalen Aprilis, anno M D XXX.

GRAE-

GRÆCORVM LITERAE

Α, α	ἄλφα,	alpha.	a
Β, β, ϐ	βῆτα,	vita.	v
Γ, γ, ſ	γάμμα,	gamma.	g
Δ, δ, ∂	δέλτα,	delta.	d
Ε, ε	ἒψιλὸν,	epſilon.	e
Ζ, ζ	ζῆτα,	zita.	z
Η, η	ἦτα	ita.	i longum
Θ, ϑ, θ	θῆτα,	thita.	th
Ι, ι	ἰῶτα,	iota.	i
Κ, κ	κάππα,	cappa.	c
Λ, λ	λάμβδα,	lambda.	l
Μ, μ	μῦ,	my.	m
Ν, ν	νῦ,	ny.	n
Ξ, ξ	ξῖ,	xi.	x
Ο, ο	ὀμικρὸν,	omicron.	o paruum
Π, π, ϖ	πῖ,	pi.	p
Ρ, ρ	ῥῶ,	rho.	r
Σ, ϲ, σ, ς	σίγμα,	ſigma.	s
Τ, τ, ͳ	ταῦ,	tau.	t
Υ, υ	ὖψιλὸν,	ypſilon.	y
Φ, φ	φῖ,	phi.	ph
Χ, χ	χῖ,	chi.	ch
Ψ, ψ	ψῖ,	pſi.	pſ
Ω, ω	ὠμέγα,	omega.	o magnum.

Vocales, { Longæ, η, ω. | Breues, ε, ο. | Ancipites, α, ι, υ, quæ & communes dicuntur, quòd modò sint longæ modò breues. }

DIPHTHONGI.

Propriæ,	Impropriæ.
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.
æ, au, i, eu, i, ou.	a, i, o, iu, i, ou.

In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronuntiatur υ, vt u consonans.

Vocales item { Præpositiuæ, α, ε, η, ο, ω: propterea quod in diphthongis præponantur. | Subiunctiuæ autem, ι, υ, quòd subsequantur. }

Faciunt verò per se syllabam quoties duobus in apice punctis notantur: παῖς, pais dissyllabum. ἄϋπνος, aypnos, trissyllabum. Cæterum in tribus, ᾳ, ῃ, ῳ, iota non ad latus adfigitur, sed infrà scribitur.

Mutæ { Tenues, π, κ, τ. | Mediæ, β, γ, δ. | Aspiratæ, φ, χ, θ. }

Duplices { ζ σδ. | ξ κσ, γσ, χσ. | ψ πσ, βσ, φσ. }

Liquidæ, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus tres, { Acutus, ´, θεός: *theós* : λόγος, *lógos*: τύπτομεν *týptomen*. Grauis, `, τιμὴ, *timè*. Circumflexus, ῀, ποιῶ *poiô*: βοᾶτε, *voâte*. } Accentus.

Acutus, & circumflexus, attollunt syllabam quam afficiunt: Grauis deprimit.

Spiritus duo: Asper, siue densus, ῾, ἅμα, hama: Lenis, siue tenuis, ᾿, ἐγώ, ego. Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. Consonans ρ in principio quidem aspiratur, ῥώμη, rhome: in medio verò si geminetur: priore loco leuigatur, posteriore aspiratur πόῤῥω, porrho. Spiritus.

Apostrophos, nota est reiectæ vocalis, α, ε, ι, ο: aut diphthongi αι, οι. quod fit ob sequentem vocalem: quæ si aspiretur, migrat precedens tenuis in aspiratam: πάντα ἔλεγον, πάντ' ἔλεγον, pandelegó: prolatio. n. est in morem vnicæ dictionis: ἀπὸ οὗ, ἀφ' οὗ, κατὰ οὗ, καθ' οὗ: νύκτα ὅλην, νύχθ' ὅλην. Apostrophos.

Gamma, γ, ante ξ, χ, γ sonat perinde vt ν, ἄγγελος, angelos: λύγξ, lynx: ἔγχος, enchos. Sic ante κ: sed ipsum κ sonandum vt g, πέφαγκα, pephanga. Pronunciatio.

Tau, τ, post ν, vt d, τὸν Τάνταλον: ton Dándalon.

Ny, ν, ante β, μ, π, vt μ: τὸν βίον, tom vion: τὴν μερίδα, tim merida. τὸν πίθον, tom bithon, per b.

Pi, π, post μ, vt b, Latinum: πέμπτω, pembo.

Itidem post ν, in diuersis dictionibus, τὸν βίθον, tōm bithóm.

PARTES ORATIONIS OCTO.

NOmen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Aduerbium, Coniunctio, & Praepositio.

Casus quinque, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. Siquidem Ablatiuo Graeci carent.

Numeri tres, Singularis, Dualis, Pluralis.

Vtimur duali quum de duobus est sermo. In duali vox eadem Nominatiui, Accusatiui, & Vocatiui: itidē Genitiui & Datiui. Sic in plurali semper Nominatiuus idem cum Vocatiuo.

Latini inter declinandum vsurpant Hic, Hęc, Hoc: Graeci verò Articulum ὁ, ἡ, τὸ: quem vocant Praepositiuum, quod nominibus praeponatur. Inflectitur autem sic.

Mascul. Singul. Nominatiuus ὁ, hic. Genitiuus τοῦ, huius. Datiuus τῷ, huic. Accusatiuus τὸν, hūc. Dual. Nominatiuus & Accusatiuus τὼ, hi & hos, de duobus. Genitiuus & Datiuus τοῖν, horum & his, de duobus. Plural. Nominatiuus οἱ, hi. Genitiuus τῶν, horum. Datiuus τοῖς, his. Accusatiuus τοὺς, hos.

Fœm. Singul. ἡ, τῆς, τῇ, τὴν. Dual. τὰ, ταῖν. Plur. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Neutrum Singul. τὸ, τοῦ, τῷ, τὸ. Dual. τὼ, τοῖν

Plur.

Plur. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Articuli vocatiuum ignorant: pro quo in declinationibus vtimur aduerbio vocandi ὦ, ὁ.

DECLINATIONES NOMINVM QVINQVE.

PRima est in ας, Masculinorum, ὁ Αἰνείας: & in ης, partim Masculinorum, ὁ χρύσης, partim Communium, ὁ καὶ ἡ λῃστής, hic & hæc latro. quorum Genitiuus in ου: Datiuus in ᾳ, vel ῃ, diphthongum impropriam: Accusatiuus in αν, vel ην: Vocatiuus in α vel η, secundum terminationem Nominatiui. Dualia & Pluralia conueniunt cum articulo fœminino, ablato ν. *Prima nominũ parasyllabicorũ declinatio.*

Sing. ας, ου, ᾳ, αν, α. Dual. α, αιν. Plu. αι, ων, αις, ας, αι, ης, ῃ, ην, η.

Singularia, ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.

Dualia, τὼ Αἰνεία, τοῖν αἰνείαιν, ὦ αἰνεία.

Pluralia. οἱ Αἰνείαι, τῶν αἰνειῶν, τοῖς αἰνείαις, τοὺς αἰνείας, ὦ αἰνείαι.

Ο' Χρύσης, τοῦ χρύσου, τῷ χρύσῃ, τὸν χρύσην, ὦ χρύση.

Ο' καὶ ἡ λῃστής, τοῦ καὶ τῆς λῃστοῦ, & ita deinceps.

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ: Communis, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica. E quibus Attici in omni declinatione vocatiuum similem formant nominatiuo: ὁ & ὦ Αἰνείας.

Secunda declinatio.

SEcunda declinatio tantùm est Fœmininorum, quæ desinunt vel in α, vt ἡ μοῦσα: vel in η,

vt ἡ τιμή. Genitiuus in ις. Datiuus in ῃ diphthongũ. Accuſatiuus in αν, vel ην. Vocatiuus in α, vel η, iuxta terminationẽ Nominatiui. Dualia, & Pluralia perinde ſe habẽt atq; in prima declinatione.

Sing. α, ης, ῃ, αν, α. Dual. αι, Plu. αι, ων, αις, ας, αι, α, η, ην, η.

Ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
Ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum (hoc eſt, quod non ſubſequitur cõſonantem) faciũt Genitiuum in ας, Datiuum in ᾳ, diphthongum impropriam:
Λήδα, λήδας, λήδᾳ. Μάρθα, μάρθας, μάρθᾳ.
Ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ. Φιλία, φιλίας, φιλίᾳ.

Tertia declinatio.

Tertia declinatio cõplectitur Maſculina, Fœminina, & Communia in ος: ὁ λόγος, ἡ ὁδὸς, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος. & Neutra in ον, τὸ ξύλον. Vocatiuus in ε, Genitiuus, Datiuus, & Accuſatiuus: item Dualia, & Pluralia ſequuntur articulum maſculinum, & neutrum.

Sing. ος, ου, ῳ, ον, ε. Dual. ω, οιν, Plur. οι, ων, οις, ους, οι. ον, ον, ον, α, α, α.

Ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.
Ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
Ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
Τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neutrorũ tres caſus ſimiles, Nominatiuus, Accuſatiuus, & vocatiuus: qui in ſingulari numero

varias habent terminationes in quinta declinatione: pluraliter autem ſemper exeunt in α.

Quarta declinatio.

QVarta declinatio Atticorum eſt propria, vertentium vocales præcedentis declinationis in ω. alioqui genere conſentit: nam continet maſculina, fęminina, & communia in ως: ὁ Μενέλεως, ἡ ἅλως, ὁ καὶ ἡ ἄγηως: & neutra in ων. τὸ ἄγηων. Omnes caſus definũt in ω. vertitur enim ο in ω, οι in ῳ, ſubſcribendo iota: ου in ω, abiecto υ. Neutrorum quoque α migrat in ω: hoc modo.

Sing. ως, ω, ῳ, ων, ως. Dual. ω, ῳν. Plur. ῳ, ων, ῳς, ως, ῳ
ων, ων, ων. ω, ω, ω.

Ο᾽ Μενέλεως, τοῦ μενέλεω, τῷ ἕλεῳ, τον ἕλεων, ὦ ἕλεως.
Ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ, τὴν ἅλων, ὦ ἅλως.
Ο᾽ καὶ ἡ ἄγηως, τοῦ καὶ τῆς ἄγηω, τῷ καὶ τῇ εὔγηῳ, &c.
Τὸ ἄγηων, τοῦ ἄγηω, τῷ ἄγηῳ, τὸ ἄγηων.

Quatuor prædictæ declinationes appellantur pariſſyllabicę, quod obliqui ſint Nominatiuo pares ſyllabis.

Quinta declinatio.

QVinta declinatio impariſſyllabica, cõplectitur oïa genera, & terminationes plurimas.

Genitiuus nominatiuum ſuperat exiens in ος, Datiuus in ι, Accuſatiuus in α, Vocatiuus ſæpe idem cum nominatiuo. Dualis nominatiuus ε, Genitiuus οιν: Pluralis Nominatiuus ες, Genitiuus ων, Datiuus σι, Accuſatiuus ας. At neutrorum plurale in α.

Sing.

Singu. Nominatiuus varius ες, ι, α. Vocatiuus Varius. Dual. ε, οιν. Plur. ες, ων, σι, ας, ες.

α, α, α.

Sing. ὁ Τιτὰν, τοῦ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν.

Dual. Τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε.

Plur. οἱ Τιτᾶνες, τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες.

Terminationes quintæ declinationis.

Genit. n° quintæ. Finita in α formant genitiuũ in ατος, τὸ βῆμα, τοῦ βήματος.

α Nomina literarum ſunt indeclinabilia. τὸ ἄλφα, βῆτα, δέλτα.

ι Ι, ιτος. vnum ſubſtantiuum, τὸ μέλι, μέλιτος. Adiectiua neutra communium legem ſeruant. ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι εὐχάριτος. ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος. Sic etiam τὸ, τὶ, τινὸς, vt commune ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς.

Ι, ιος, τὸ σίνηπι, σινήπιος, de quo aliàs.

υ Υ, υος. τὸ γόνυ, γόνυος.

Υ, εος. τὸ ἄστυ, ἄστεος, τὸ πῶϋ πώεος. Sic neutra maſculinorum in υς. ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδὺ, ἡδέος.

ω. Ω, οος. ἡ λητὼ λητόος, eſt quartæ declinationis contractorum.

αν. Αν, ανος. ὁ παιὰν παιᾶνος, ὁ Πὰν πάνος, τὸ μέλαν μέλανος.

Αν, αντος, participia sũt, τὸ τύψαν τύψαντος. Sic adiec. τὸ πᾶν παντὸς, more maſculini, πᾶς παντός.

εν. Εν, ενος. τὸ τέρεν τέρενος.

Εν, εντος. τὸ χαρίεν, χαρίεντος, vt maſculinum, χαρίεις.

χαρίεις. Sic participia, ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθέν.

Ην, ηνος. ὁ Ἕλλην Ἕλληνος, ἡ σειρὴν σειρῆνος. ην.

Ην, ενος. ὁ ποιμὴν ποιμένος, ἡ φρὴν φρενός. ὁ καὶ ἡ τέρην, τέρενος, cuius neutrum τὸ τέρεν τέρενος.

Ιν, ινος. ὁ δελφὶν δελφῖνος, ἡ ἀκτὶν ἀκτῖνος, cuiusmodi nominatiuus etiam per ις, δελφὶς, ἀκτίς. ιν.

Ον, ονος. τὸ μεῖζον μείζονος. A communibus in ων. ον.

Ον, οντος. Participia sunt, τὸ τύπτον τύπτοντος.

Ουν, οδος. τὸ δίπουν δίποδος, at commune δίπους. ουν.

Ουν, ουντος. Participia sũt, τὸ τυποῦν τυποῦντος.

Υν, υνος. ὁ μόσυν μόσυνος, ἡ γόρτυν: quorum nominatiuus etiam in υν definit, ὁ φόρκυν, vel φόρκυς. υν.

Υν υντος. Participia sunt, τὸ ζευγνὺν ζευγνύντος.

Ων, ωνος. ὁ κλὼν κλωνὸς, ὁ αἰὼν αἰῶνος, ἡ Σιδὼν, ὁ Πλάτων πλάτωνος, ἡ μήκων. ων.

Ων, ονος. ὁ πρίων πρίονος, ἡ χελιδὼν χελιδόνος. Et communia, ὁ καὶ ἡ δαίμων δαίμονος. Et ita comparatiua, ὁ καὶ ἡ κρείσσων κρείσσονος. quorum neutra in ον, τὸ δαῖμον δαίμονος, τὸ κρεῖσσον κρείσσονος.

ων, ωντος. ὁ Ξενοφῶν Ξενοφῶντος.

ων, οντος. δράκων δράκοντος. Et participia, ὁ τύπτων.

Ξ, in κος, γος, χος. ὁ θώραξ θώρακος, ἡ κύλιξ κύλικος, ὁ ἅρπαξ ἅρπαγος, ἡ ἀλώπηξ ἀλώπεχος, mutat η in ε. ἡ θρὶξ τριχὸς, pro aspirata sumit tenuẽ, & pro θ. ὁ ἄναξ ἄνακτος, ἡ νὺξ νυκτὸς, interiecto τ. ξ

Αρ, αρος. ὁ μάκαρ μάκαρος, ἡ δάμαρ, τὸ νέκταρ. αρ.

Αρ, ατος. τὸ ἧπαρ ἥπατος, τὸ δέλεαρ δελέατος.

Ειρ, ειρος. ὁ φθεὶρ φθειρὸς, ἡ χεὶρ, ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ. ειρ.

Ηρ, ηρος. ὁ Σὴρ σηρὸς, ὁ λυτὴρ λυτῆρος, τὸ κῆρ κηρός. ηρ.

Ηρ,έρος.ὁ αἰθὴρ αἰθέρος. In multis verò syncope, ὁ πατὴρ πατέρος,πατρὸς,ἡ μήτηρ μητέρος μητρὸς. sic & ἡ θυγάτηρ,γαστὴρ,Δημήτηρ.at ὁ ἀνὴρ ἀνέρος ἀνδρὸς, assumit δ.& sic in reliquis casibus.

ορ. Ορ,ορος.τὸ ἦτορ,ἤτορος,& inde cõpositum ὁ μεγαλήτωρ,μεγαλήτορος.

υρ. Υρ,υρος.ὁ ψίθυρ ψίθυρος,ὁ καὶ ἡ μάρτυρ μάρτυρος, & neutrum τὸ πῦρ πυρός.

ωρ. Ωρ,ωρος.ὁ φὼρ φωρὸς,ἰχὼρ ἰχῶρος, τὸ ἔλωρ ἔλωρος, τὸ τέκμωρ τέκμωρος.

Ωρ,ορος.ὁ Νέστωρ,νέστορος.ὁ Ἕκτωρ,ἕκτορος:ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, ἀπάτορος.ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ,πανδαμάτωρ, τὸ ὕδωρ τοῦ ὕδατος,heteroclitum est.

ας. Ας,αντος.ὁ Αἴας αἴαντος,ὁ πᾶς τοῦ παντὸς, ἡ πᾶσα τῆς πάσης,τὸ πᾶν τοῦ παντὸς.Sic ἅπας,σύμπας. Duo in ανος,ὁ μέλας,τάλας,μέλανος,τάλανος. quorum feminina, ἡ μέλαινα, τάλαινα: neutra,τὸ τάλαν,μέλαν.

Ας,άδος,fęminina sunt,ἡ μονὰς μονάδος,λαμπὰς, λαμπάδος:aut communia,ὁ καὶ ἡ φυγὰς φυγάδος.

Ας,ατος,neutrũ,τὸ γῆρας γήρατος, τὸ ἅλας ἅλατος.

αις. Αις,αιτος. vnũ fœmininũ,ἡ δαὶς δαιτὸς: & vnũ neutrum,τὸ σταὶς σταιτός. Commune aũt ὁ καὶ ἡ παῖς facit παιδός.Sic composita eius,ἄπαις,δίπαις.

αυς. Αυς, αος.ἡ ναῦς,vel νηῦς,τῆς ναὸς,vel νηός.sic γραῦς.

ες. Ες,έος neutra communium in ης, τὸ ἀληθὲς τοῦ ἀληθέος.

εις. Εις,ενος.ὁ κτεὶς κτενος. Sic adiectiuum εἷς ἑνὸς, fœmininum μία μιᾶς, neutrum ἓν ἑνὸς: & inde com-

cōpoſita, μηδεὶς μηδεμία, μηδὲν: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδέν.

Εἰς, εντος: ὁ Σιμόεις, σιμόεντος, ἡ Ὀπόεις ὀπόεντος, Itidem adiectiua ὁ χαρίεις χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν. & participia ὁ τυφθεὶς τυφθέντος. At ἡ κλεὶς, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα, & κλεῖν.

Ευς, εος communiter ηος Ionicè, εως Atticè: ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος, βασιλῆος, βασιλέως. de hoc poſtea.. ευς.

Ης, ητος. ὁ λέβης λέβητος, ἡ ἐσθὴς ἐσθῆτος. Et item ſubſtantiua fœminina, quæ fiunt ab adiectiuis in ος, κακὸς, malus, ἡ κακότης κακότητος, malitia. ης.

Ης, ῆτος. ὁ τιμῆς τιμῆτος, Δαφνῆς δαφνῆτος.

Ης, εντος. ἡ Κλήμης κλήμεντος, Οὐάλης οὐάλεντος.

Ης, εος. ὁ Δημοσθένης δημοσθένεος, ὁ Ἡρακλῆς ἡρακλέος, ἡ τριήρης τριήρεος, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς ἀληθέος.

Ις, ιος. ὁ κὶς κιὸς, ὁ ὄφις ὄφιος, ἡ πόλις πόλιος. ις.

Ις, ιδος. Πάρις πάριδος, ἡ κρηπὶς κρηπῖδος. Et communia, ὁ καὶ ἡ ἄπολις ἀπόλιδος, ὁ καὶ ἡ φυγόπολις.

Ἰς, ιθος. ὁ καὶ ἡ ὄρνις ὄρνιθος, ἡ μέρμις μέρμιθος.

Nomen infinitum ὁ καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ, facit τινός.

Interrogatiuum autem, quis, quæ, quod, τὶς, τὶ, τίνος, acuta penultima.

Ος, εος. τὸ τεῖχος τείχεος, & reliqua neutra. ος.

Ος, οτος. τὸ τετυφὸς τετυφότος, participia ſunt.

Ους, οος. ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοός.

Ους, ουντος. ὁ Πλακοῦς πλακοῦντος, ἡ Ὀποῦς ὀποῦντος.

Ους, όντος. ὁ ὀδοὺς ὀδόντος, & participia δοὺς δόντος. Cæterū ποὺς ποδὸς: ſic cōpoſita, ἄπους ἄποδος. ους.

Υς, υος. ὁ μῦς μυὸς, ὁ ἰχθὺς, ἰχθύος, ἡ χέλυς χέλυος. υς.

Υς,

Υς,εος. ὁ ὀξὺς, ὀξέος: fœmineũ ὀξεῖα: neutrum ὀξὺ ὀξέος. Sic & reliqua adiectiua, ἡδύς, ὠκύς.

Υς,εος, Atticè: ὁ πῆχυς πήχεος, ὁ πρέσβυς, ἡ πέλεκυς.

Υς,υδος. ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, ὁ καὶ ἡ νέηλυς, νεήλυδος.

Υς,υτος. ὁ ζευγνὺς, ζευγνύτος. participia ſunt.

ως. Ως,ωτος. ὁ γέλως γέλωτος, τὸ φῶς φωτός.

Ος,οος. ἡ αἰδὼς αἰδόος, ἡ ἠὼς ἠόος.

Ως,ωος. ὁ τρὼς τρώος, ὁ μίνως μίνωος, ὁ ἥρως.

λς. Λς,λος. ὁ ἅλς, ἁλὸς, ſal: ἡ ἅλς ἁλὸς, mare.

νς. Νς,νθος. ἡ ἕλμινς ἕλμινθος, ἡ Τίρυνς τίρυνθος.

ρς. Ρς,ρτος. ὁ μάκαρς, μάκαρτος: quod & μάκαρ μάκαρος.

ψ. Ψ,πος. ἡ ὢψ ὠπὸς, ὁ κύκλωψ, κύκλωπος.

Ψ,βος. ὁ ἄραψ ἄραβος, ἡ φλὲψ, φλεβός.

Ψ,φος. ὁ κίνιψ κίνυφος, ἡ κατῆλιψ, ὁ σκίραψ.

Hactenus de Genitiuo.

Accuſa-tiu' quin ta. Accuſatiuus ſingularis exit in α, τῶν τιτᾶνα, ſed nomina in ις & υς, quorum genitiuus in ος purum, faciunt accuſatiuum per ν, ὁ ὄφις, ὄφιος, ὄφιν, ὁ βότρυς, βότρυος, βότρυν. Barytona in ις, & υς declinata non purè, ſortiuntur vtrãque terminationem, ἡ ἔρις ἔριδος, τὴν ἔριδα, & ἔριν. ὁ νέηλυς, νεήλυδος, τὴν νεήλυδα, & νέηλυν. Etiam αυς, in αυν, ναῦς, ναὸς, ναῦν: γραῦς, γραὸς, γραῦν. Finita in ους ſępius in ν, ὁ βοῦς, βοὸς, βοῦν: rarò autem in α, τὸν βόα,

Vocatiu' quin ta. Vocatiuus idem cum nominatiuo. ὁ τιτὰν, ὦ Τιτάν. Excipe flexa per ντος, quæ ablato τος, formant vocatiuum, ὁ Αἴας αἴαντος, ὦ αἶαν: λέων λέοντος,

ντος, λέον. Adiectiua in ων, & εις, quæ neutrum per εν, ea vocatiuum per εν: τέρην, τὸ τέρεν: χαρίεις, τὸ χαρίεν, ὦ χαρίεν, & etiam ὦ χαρίει. Grauitona in ηρ habent ερ: μήτηρ, ὦ μῆτερ. Sic acuta quatuor, πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, ἀνὴρ. ὦ πάτερ, δᾶερ, σῶτερ, ἄνερ: vbi & accentus in penultimam retrahitur. Diphthongi ευς, & ους deponunt ς, ὦ βασιλεῦ, τῦ πλακοῦ, præter ὦ πῶς, & ὦ ὀδούς. Grauitona quoque in ις, & υς, reijciũt, ὦ ὄφι, βότρυ. Sic παῖς ὦ παῖ, quod fit à πάϊς, ὦ πάϊ.

Datiuus pluralis fit à singulari, posito σ ante ι, τῷ βότρυι, τοῖς βότρυσι. Et literæ θ, δ, ν, τ, sunt reijciendæ. λαμπάδι λαμπάσι, ὄρνιθι ὄρνισι, τιτᾶνι τιτᾶσι, λέβητι λέβησι. Datiuus pluralis. *(margin)*

Quod si tum penultima corripiatur, fiet diphthongus. λέοντι λέουσι, τιθέντι τιθεῖσι, aut vocalis anceps, q̃ in singulari producebat̃ positione: hic in plurali habetur lõga, Αἴαντι αἴασι, ἱστάντι, ἱστᾶσι.

Quæ in ξ exeunt, ψ, aut diphthõgum, adiectione ι faciũt datiuũ doluralẽ, ἅρπαξ ἅρπαξι, Ἄραψ, ἄραψι, βασιλεῦς βασιλεῦσι, βοῦς βουσί. At ὀπές, τοῖς ποσί. Illa in ηρ, quæ sincopen patiuntur datiuum pluralem faciunt in άσι. πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι. Sic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι. Et similia.

De nominibus contractis.

Atque hę quidem dęclinationes appellantur simplices. Cæterum quũ inter tã varia nomina quintæ declinationi quædam genitiuũ faciãt in ος purum, & reliquos item casus in terminationem

nem puram, fit vt in multis accidat synereſis, ſiue craſis duabus ſyllabis in vnam cõtractis, vt τὸ τεῖχος, τοῦ τείχεος, & per craſim τείχους τῷ τείχεϊ, & per ſynæreſin τείχει, & ſimilia. Ideoque quædam ſunt declinationes nominum contractorum.

Sinæreſis propriè eſt vocalium ſeruatarum in diphthongum contractio, τείχεϊ τείχει, εϊ in ει.

Craſis, quum alioqui duæ ſyllabæ, cõmiſcẽtur in vnam, vt τείχεος τείχους, εο in ου: τείχεα τείχη, εα in η. Sine diſcrimine tamen his vocibus pro eodẽ vtimur, Synæreſis, Craſis, ſiue Contractio.

Prima declinatio Contractorum.

PRima declinatio contractorum eſt nominum maſculinorum, fœmininorum, & communium in ης: neutrorum vero in ες & ος: quorum genitiuus deſinit in εος: ac fermè in omnibus caſibus fiunt craſes ex ε, & vocali, vel diphthongo ſequente, hoc modo.

ους, ει, η. η, οιν: ει, ων, εις, εις.
Sing. ης, εος, εϊ, εα, ες. D. εε, εοιν. Pl. εες, εων, εσι, εας, εες.
ες. ες, ες, η, η η.
ος, ος, ος, εα, εα, εα.

Cõtractio ſingularis genitiui eſt εο ου, datiui εϊ ει. accuſatini εα η. Dualis nominatiui εε η. genitiui εοι οι Plu. nominatiui εε ει, genitiui εω, ω. Neutri pluralis εα η.

Vocales εα nũc in η, nũc in ει, ſic εε in η, & in ει.

Vocatiuus ſingularis in ες, ὦ Δημόσθενες.

Datiuus plur. in nulla contrahit̃ declinatione.

Sing.

Sing. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένεος Δημοσθένους, τῷ σθένεϊ σθένει, τὸν σθένεα σθένη, ὦ Δημόσθενες.

Dual. τὼ, & ὦ Δημοσθένεε, σθένη, τοῖν σθενέοιν σθενοῖν.

Plur. οἱ & ὦ Δημοσθένεες σθένεις, τῶν σθενέων, σθενῶν. τοῖς Δημοσθένεσι absque crasi, τοὺς σθένεας σθένεις.

ἡ τριήρης, τῆς τριήρεος τριήρους, τῇ τριήρεϊ τριήρει.

ὁ, καὶ ἡ ἀληθὴς, τοῦ, καὶ τῆς ἀληθέος ἀληθοῦς.

τὸ ἀληθὲς, τοῦ ἀληθέος, ἀληθοῦς, τῷ ἀληθέϊ ἀληθεῖ.

τὸ τεῖχος, τοῦ τείχεος τείχους, & ita deinceps.

Secunda Contractorum.

SEcunda declinatio est Masculinorum, & Femininorum in ις, Neutrorum in ι,

ι, ις, ις, ις.
Sing. ις, ιος, ιι, ιν, ι. Dua. ιε, ίοιν. Pl. ιες, ίων, ισι, ιας, ιες.
ι, ι, ι.

ι, ι, ι. ια, ια, ια.

Crases ex ιι, in ι. longum, idq; in paucis. Sing. Datiuus ιε, in ι, plur. Nominatiuo & Vocatiuo ιες, in ις. Accusatiuo similiter ιας in ις. Reliqui casus sine contractione. Neutrorum plurale ια in ι. Accusatiuus sing. semper in ιν. Vocatiuus in ι, ablato σ Nominatiui.

Sin. ὁ ὄφιος, τοῦ ὄφιος, τῷ ὄφιι ὄφι, τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι. Et plu. οἱ, & ὦ ὄφιες ὄφις, τοὺς ὄφιας, ὄφις. Sic ἡ πόλις, πόλιος.

Neut. τὸ σίνηπι, σινήπιος. Plur. σινήπια σινήπι.

Iones hęc nomina flectunt per εος, fitq. Crasis primæ declinationis, τῷ ὄφεϊ ὄφει, τὼ ὄφεε ὄφι. οἱ, & ὦ ὄφεες ὄφεις, τοὺς ὄφεας ὄφεις. alij autem casus nō contrahuntur.

Atticus Genit. sing. εως, ὄφεως. Dual. εων, ὄφεων.

Plur. εων, accentu in antepenultima, ὄφεων.

Tertia Contractorum.

Tertia est Masculinorum in εὺς, Genitiuus cómunis in εος: vnde in quibusdam casibus fit Crasis, more primæ declinationis. Ionicus auté in ῆος, ex quo non fit contractio.

εῖ, ῆ, εῖς, εῖς, εῖς.

Sing. εὺς, έος, έϊ, έα, εῦ. Dual. έε, έοιν. Plu. έες, έων. εῦσι, έας έες.

ῆος, ῆϊ, ῆα, ῆε, ήων, ῆες, ῆων, ῆας, ῆες.

Sing. ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέως, τῷ βασιλέϊ λεῖ. Dual. τὼ βασιλέε λῆ. Plur. οἱ & ὦ βασιλέες λεῖς, τοὺς βασιλέας, λεῖς.

Vocatiuus sing. in εῦ, βασιλεῦ. Datiuus plur. in εῦσι, τοῖς βασιλεῦσι.

Ionicè, τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, τὸν βασιλῆα, &c. Atticus genitiuus sing. in έως, τοῦ βασιλέως.

Quarta Contractorum.

Quarta est Fœmininorum in ὼ, & ὼς, ἡ λητὼ, ἡ αἰδὼς: quorum genitiuus όος contrahitur in οῦς, Λητόος τοῦς, Datiuus όϊ οῖ, Λητόϊ τοῖ. Accusa. όα ώ, Λητόα, Λητώ. Vocatiuus in οῖ, ὦ Λητοῖ Dual & pl. vt in tertia simplici declin. τὰ Λητὼ, αἱ Λητοί.

Quinta Contractorum.

Quinta declinatio continet neutra in ας purum, & in ρας. Genitiuus communis ατος, Ionicus αος, ex quo fit crasis Attica.

ως, ᾳ, α, ῳν.

αος. αι. αε, άοιν.

Sing. ας, ατος, ατι, ας, ας. Dual. ατε, άτοιν,

α, αν,

	α,	ων,	α	α,
	αα,	άων,	αα,	αα,
Pluralis.	ατα,	άτων,	ασι,	ατα,	άτα.

τὸ κρέας, τοῦ κρέατος, κρέαος κρέως, τῷ κρέατι, κρέα κρέᾳ. ſic κέρας, κέρατος κέραος κέρως: ſemperque eſt contractio ex α.

Et declinationes quidem ſic habẽt. Quæ autẽ præterea de nominibus dicenda, poſt trademus, vbi ſingulas orationis partes abſoluerimus. Nũc pergamus ad coniugationes verborum.

CONIVGATIONES VERBORVM.

IN verborum cõiugationibus Græci præcipuè habent rationem Futuri, & Præteriti perfecti, quando hinc cætera pendent tempora.

Perfectum preteritum vocatur παρακείμενος: Fut. μέλλων, quæ Grãmatici notant literis π, & μ.

PRima coniugatio eſt verborum in βω, πω, φω, πτω, quorum Fut. in ψω, Præteritum in φα.

β	λείβω.	ψω	λείψω.	φα	λέλφεια.
π	τέρπω.		τέρψω.		τέτερφα.
φ	γράφω.		γράψω.		γέγραφα.
πτ	τύπτω.		τύψω.		τέτυφα.

Secunda in γω, κω, χω, κτω. μ, in ξω. π, in χα.

γ	λέγω.	ξω	λέξω.	χα	λέλεχα.
κ	πλέκω.		πλέξω,		πέπλεχα.
χ	τρέχω.		θρέξω.		τέτρεχα.
κτ	τίκτω.		τέξω.		τέτεχα.

TERTIA in δω, τω, θω. μ, in σω. π, in κα.

δ	ᾄδω.	σω	ᾄσω.	κα	ᾖκα.
τ	ἀνύτω.		ἀνύσω.		ἤνυκα.
θ	πλήθω.		πλήσω.		πέπληκα.

QVarta in ζω, σσω. Futurum ξω, & Præteritum χα: vt in secunda coniugatione, aut σω, & κα, vt in tertia.

ζ	παίζω.	ξω	παίξω.	χα	πέπαιχα.
σσ	ὀρύσσω.		ὀρύξω.		ὤρυχα:
ζ	φράζω.	σω	φράσω.	κα	πέφρακα.
σσ	πλάσσω.		πλάσω.		πέπλακα.

Attici pro gemino σσ vsurpant geminum ττ, ὀρύσσω, ὀρύττω: πλάσσω, πλάττω: vt γλῶσσα, γλῶττα.

QVinta in λω, μω, νω, ρω. Futurũ λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ: Præteritum κα.

λ	ψάλλω.	ῶ	ψαλῶ.	κα	ἔψαλκα.
μ	νέμω.		νεμῶ.		νενέμηκα.
ν	φαίνω.		φανῶ.		πέφαγκα.
ρ	σπείρω.		σπερῶ.		ἔσπαρκα.
μν	τέμνω.		τεμνῶ.		τετέμηκα.

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicunt immutabiles, quod in futuro non mutentur, sed permaneant vt in præsenti.

In hac coniugatione, vltima futuri circunflectitur: penultima verò corripitur abijciendo alteram immutabilem: ψάλλω ψαλῶ: aut vocalē subiunctiuam: σπείρω, σπερῶ, φαίνω, φανῶ: aut breuiando ancipitem: κρίνω, κρινῶ.

Sexta

Sexta in ω purum: hoc est præcedente vocali aut diphthongo. Futurum in σω: Præteritum in κα.

α	γελάω.	σω.	γελάσω.	κα	γεγέλακα.
ε	τελέω.		τελέσω.		τετέλεκα.
ι	τίω.		τίσω.		τέτικα.
ο	ὀμόω.		ὀμόσω.		ὤμοκα.
υ	δύω.		δύσω.		δέδυκα.
ω	ῥώω.		ῥώσω.		ἔῤῥωκα.
αι	παίω.		παίσω.		πέπαικα.
αυ	ψαύω.		ψαύσω.		ἔψαυκα.
ει	σείω.		σείσω.		σέσεικα.
ῳ	ἱππῴω		ἱππῴσω		ἵππῳκα.
οι	οἴω.		οἴσω.		ᾦκα.
ου	κρούω.		κρούσω.		κέκρουκα.
υι	ὀπυίω.		ὀπυίσω.		ὤπυικα.

Literam verò, per quam coniugationem formamus, aut tempora nominant γράμμα χαρακτηριστικὸν, hoc est, figuratiuam literam: vt characteristicon primæ coniugationis est vna è mutis, β, π, φ: Secundæ, γ, κ, χ: Tertiæ δ, τ, θ: Quartæ, ζ, σσ, aut ττ: Quintæ, λ, μ, ν, ρ: Sextæ, omnes vocales præter η, omnes diphthongi propriæ, & vna impropria. Sic figuratiuæ literæ Futuri sunt, ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ρ: Præteriti autem, φ, χ, κ: & ita de reliquis quoque temporibus dicendum. *Litera figuratiua coniugationum.*

In terminationibus, πτω, κτω, μνω, prior consonans figuratiua censetur litera, nempe π, κ, μ.

Atque hæ coniugationes dicuntur barytonę, quod verba sint βαρύτονα, hoc est, graui tono *Barytona.*

pronuntietur vltima ſyllaba, λείβω, λέγω, &c. Siquidem in omni ſyllaba, quæ non ſignatur accentu, intelligitur grauis, qui ob id vocatur accentus ſyllabicus.

VERBI ACTIVI, MODI INDICATIVI.

Præſens, { Sing. τύπτω, τύπτεις, τύπτει. Dual. τύπτετον, τύπτετον. Plur. τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

Paradeigma actiui Barytoni. Numeri tres, vt in nominibus: Perſonæ totidem, τύπτω verbero, τύπτεις verberas, τύπτει verberat.

Prima pluralis in μεν excludit primam dualé. Secunda, & tertia dualis pares, quando tertia pluralis exit in ι, aut in αι: alioqui impares.

Imperfectum, { Ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε. Ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην. Ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον.

Datiuis pluralibus, aut perſonis in ι deſinentibus additur ν ſequente vocali, τοῖς λέγουσιν ἐκείνοις, τύπτουσιν αὐτόν. Sic perſonis in ε, ἔτυπτεν ἐκεῖνος.

De Augmento.

Augmentum ſyllabicum. Verbum à conſonante inceptum aſſumit ἐ in principio Imperfecti, quod eſt Augmentum ſiue incrementum ſyllabicum, creſcente videlicet numero ſyllabarum τύπτω, ἔτυπτον.

Augmentum temporale. Tẽporale augmentũ eſt eorum, quæ incipiuntur a vocali, aut diphthongo mutabili, quoties vocalis anceps, aut breuis, quę vnũ habet tẽpus, mutatur in longam, quæ duo continet tempora.

Voca-

Vocalium, ac Diphthongorum, quædam mutabiles, quod mutentur in præteritis, quædã Immutabiles.

VOCALES.

Mutabiles,			Immutabiles.	
α η	ἀνύω, ἤνυον.		η	ἠχέω, ἤχεον.
ε η	ἐλέθω, ἤλεθον.		ι	ἱξέω, ἵξεον.
ο ω	ὀπάζω, ὤπαζον.		υ	ὑβρίζω, ὕβριζον.
			ω	ᾠδω, ᾠδον.

DIPHTHONGI.

Mutabiles,			Immutabiles,	
αι ῃ	αἴρω, ᾖρον.		ει	εἰκάζω, εἴκαζον.
αυ ηυ	αὐλίζω, ηὔλιζον.		ευ	εὐθύνω, εὔθυνον.
οι ῳ	οἰκίζω, ᾤκιζον.		ου	οὐτάζω, οὔταζον.

Augmenta verborum Compositorum.

Præpositiones in compositis præfixæ vocalib. propriã vocalẽ vltimam abijciunt, tam in præsenti, quã in præterito, παρακούω, ex παρὰ, & ἀκούω: παρέμενον, à παρὰ, & Imperfecto ἔμενον, à μένω.

Excipe περὶ, & πρὸ: περιέχω, προάγω, ab ἔχω, & ἄγω. Quòd si verbum incipiatur ab aspirata vocali, præpositio mutabit suam tenuem in aspiratã. καθάπτομαι, ἀφαιροῦμαι, ex ἅπτομαι, αἱροῦμαι, & κατὰ ἀπὸ.

Perfectum, { τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε, τετύφατον, τετύφατον, τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι,

Vltima syllaba Prĝteriti, quĝ fit in singulis cõ ingationibus, antè dictum est.

Prima syllaba perfectorum variatio. Quod ad primam attinet, si verbum incipitur à vocali aut diphthongo, idem initiũ Perfecti, & imperfecti.

ἀνύω, ἤνυον, ἤνυκα. ὑβρίζω, ὕβριζον, ὕβρικα.

αἴρω, ἦρον, ἦρκα. εἰκάζω, εἴκαζον, εἴκακα.

Idipsum fit in verbis inchoatis à consonante, si modo ε augmentum syllabicum fuerit positione longum, nempe ante duas consonantes, aut duplicem, ζ, ξ, ψ.

Σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα. ζέω, ἔζεον, ἔζεκα.

ξέω, ἔξεον, ἔξεκα. ψάλλω, ἔψαλλον, ἔψαλκα.

Nam si ε sit breue, aut anceps, iam in Præterito perfecto repetitur prima consonans Præsentis: hoc modo, τύπτω, ἔτυπτον, τέτυφα: γράφω, ἔγραφον, γέγραφα.

Anceps. Ancipitẽ hic dico, siue cõem vocalem, quam sequitur muta cũ liquida, ἔγραφον, ἔκλινον, ἔκρινον,

Quæ ab aspiratis incipiuntur, pro repetendis aspiratis substituũt tenues: θείνω, ἔθεινον, τέθακα, φαίνω, ἔφαινον, πέφαγκα, χαίρω, ἔχαιρον, κέχαρκα.

Penultima perfectorum variatio. Penultima Perfecti, & Futuri eadem, τύψω, τέτυφα. At dissyllaba quintĝ coniugationis, ε penultimam Futuri mutant in α: στέλλω, μ. στελῶ, π. ἔσταλκα. σπείρω, μ. σπερῶ, π. ἔσπαρκα.

Immutabiles λ & ρ, manent in p̃terito, vt Futuro: ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα, σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα.

My, μ, seruatur quidẽ, sed asciscitur η: νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, pro νένεμκα. sic δέμω, βρέμω, & alia.

Ny,

Ny, ν, vertitur in γ, φαίνω, φανῶ, πέφαγκα. semper enim ν ante γ, κ, χ, migrat in γ.

Dissyllaba in εινω, ινω, υνω, abijciũt ν, κτείνω, κτενῶ, ἔκτακα. κρίνω, κρινῶ, κέκρικα. θυνῶ, θυνῶ, τέθυκα.

Plusquamperfe. { Ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει. / Ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην. (σαν. / ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφει

A perfecto deducitur, conuerso α in ειν. In fronte sumitur ε, si perfectum incipitur à cõsonante, τέτυφα, ἐτετύφειν: alioqui idem principium, λῶυκα, λωύκειν. *Plusquã perfecti formatio*

Est Grecis tẽpus quoddam præteritum, quod appellatur χρόνος, ἀόριστος: hoc est, Indefinitum. Incerta est enim significatio, paulò ne antè res præterierit, an multò: suntq; Aoristi duo. *Ἀόριστος χρόνος.*

Aorist. primus, { Ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε. / Ἐτύψατον, ἐτυψάτην. / Ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.

Vltimam primi Aoristi metimur è Futuro, cuius seruatur characteristicon: sed ω migrat in α, τύψω, ἔτυψα. *Aoristi primi formatio.*

Augmentum vtriusq; Aoristi idem cum Imperfecto: ἀνύω, λῶυον, λῶυσα. τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα.

Penultima eadem, quæ in futuro, ac semper natura, aut positione longa: παίω, παίσω, ἔπαισα. λέγω, λέξω, ἔλεξα.

Quòd si futuri penultima corripitur, vt in quinta coniugatione, producendæ erunt vocales hoc pacto.

Si α, penultima futuri, extra diphthongum

sit in

sit in præsenti, migrabit in η, veniés autem ex αι, Atticè quidem vertetur in η, Communiter verò manebit, sed longum in Aoristo, quum breue sit in Futuro.

α α η ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα.

αι α η μιαίνω, μιανῶ, ἐμίηνα, Atticè.

αι α α μιαίνω, μιανῶ, ἐμίανα, communiter.

Si penultima fuerit ε, aduocatur ι, vt fiat diphthongus ει.

ε ε ει στέλλω, στελῶ, ἔστειλα.

ει ε ει σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα.

At ι, & υ, breues in futuro, producuntur in Aoristo, κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα: ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα.

Aoristus secundus, { Ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε. ἐτύπετον, ἐτυπέτην. ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Augmentum vt in Aoristo primo, ἔτυψα, ἔτυπον. Penultima breuis, ac fermè vna ex ancipitibus, α, ι, υ. Proinde vocales præsentis ita mutantur.

η	α	λήβω, ἔλαβον.	ου	ο	ἀκούω, ἤκοον.
ω	α	τρώγω, ἔτραγον.	ευ	υ	φεύγω, ἔφυγον.
αι	α	χαίνω, ἔχανον.	ε	α	δέρω, ἔδαρον.
αυ	α	παύω, ἔπαχον.	ει	ι	λείπω, ἔλιπον.

Dissyllaba quintæ coniugationis, pro ει capiūt α, σπείρω, ἔσπαρον. Trissyllaba perdūt iota, ὀφείλω, ὤφελον.

Figuratiua eadem, quæ Præsentis: λήβω, ἔλαβον, τύπτω ἔτυπον. Nam in πτω, κτω, & μνω, prior litera est figuratiua.

In

In quarta vero coniugatione futurum ξω, Formatiuam habet γ, ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυγον: vbi autem Futurum in σω, erit Figuratiua δ: φράζω, φράσω, ἔφραδον. Græci duplex habent Futurum.

Futurum primum, { τύψω, τύψεις, τύψει. / τύψετον, τύψετον. / τύψομεν, τύψετον, τύψουσι.

De hoc in singulis coniugationibus dictum est prius.

Futurũ secundum, { τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ. / τυπεῖτον, τυπεῖτον. / τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Fit à secundo Aoristo, ablato incremento, & ον vertendo in ῶ circumflexum: ἔτυπον, τυπῶ.

IMPERATIVI.

Præsens, & Imperf. { τύπτε, τυπτέτω. / τύπτετον, τυπτέτων. / τύπτετε, τυπτέτωσαν. — τύπτω.

Perfec. & plusquãp. { τέτυφε, τετυφέτω. / τετύφετον, τετυφέτον. / τετύφετε, τετυφέτοσαν. — τέτυφα.

Aoristus primus. { τύψον, τυψάτω. / τύψατον, τυψάτων. / τύψατε, τυψάτωσαν. — ἔτυψα.

Aoristus secundus. { τύπε, τυπέτω. / τύπετον, τυπέτων. / τύπετε, τυπέτωσαν. — ἔτυπον.

Ab Indicatiuo cæteri omnes pendent Modi, *Modi reliqui ab indicat. formati.*

&

& participia:in quibus vox ſemper eſt ea dē Præſentis, & Imperfecti : ſic Perfecti, & Pluſquamperfecti.

Præteritum perfectum vbique ſeruat augmentum : Aoriſti verò, extra indicatiuum, minimè.

Primam perſonam Imperatiuus non agnoſcit. Futurum quoq; nec hic reperitur, nec in Subiūctiuo, ſed in illius vicem ſubeunt Aoriſti.

OPTATIVI.

τύπτω. Præſens, & Imperf. { Τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι.
Τυπτοιτον, τυπτοίτην.
Τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.

τέτυφα. Perf. & pluſquamp. { Τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι.
Τετύφοιτον, τετυφοίτην.
Τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

ἔτυψα. Aoriſtus primus, { Τύψαιμι, τύψαις, τύψαι.
Τύψετον, τυψαίτην.
Τύψαιμεν, τύψαιτε, τυψαίεν.

ἔτυπον. Aoriſtus ſecundus, { Τύποιμι, τύποις, τύποι.
Τύποιτον, τυποίτην.
Τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

τύψω. Futurum primum, { Τύψοιμι, τύψοις, τύψοι.
Τυψοιτον, τυψοίτην.
Τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.

τυπῶ. Futurum ſecūdum, { Τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ.
Τυποῖτον, τυποίτην.
Τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

Om-

Omniũ optatiuorum penultima eſt diphthongus. In actiuis primi Aoriſti αι, in cæteris οι.

Secundum futurum circumflectitur, alioqui vox eadem cum ſecundo Aoriſto.

Vſitatiſſimus eſt apud Atticos optatiui primus Aoriſtus Aeolicus. Sing. τύψεια, τύψειας, τύψειε. Dual. τυψείατον, τυψειάτων. Pl. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν. *Aoriſt. Atticus & Aeolicus.*

SVBIVNCTIVI.

Præſens, & imp. ἐὰν, { Τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ. / Τύπτητον, τύπτητον. / Τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι. } τύπτω.

Perf. & pluſquãp. ἐὰν { Τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ. / Τετύφητον, τετύφητον. / τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι. } τέτυφα.

Aoriſtus primus. ἐὰν { Τύψω, τύψῃς, τύψῃ. / Τύψητον, τύψητον. / Τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι. } ἔτυψα.

Aoriſt. ſecundus, ἐὰν { Τύπω, τύπῃς, τύπῃ. / Τύπητον, τύπητον. / Τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι. } ἔτυπον.

Inflexioni Subiunctiuorum adhibent coniunctionem ἐὰν, vt ἐὰν τύπτω, ſi verberem.

In ſecũda, & tertia ſingulari eſt ῃ diphthõgus impropria in duali, & plurali vocalis tantum η.

INFINITIVI.

Præſens, & imperfectum,	τύπτειν.	τύπτω.
Perfectum, & pluſquamperf.	Τετυφέναι.	τέτυφα.
Aoriſtus primus,	Τύψαι.	ἔτυψα.
Aoriſtus ſecundus,	Τυπεῖν.	ἔτυπον.

Futu-

τύψω. Futurum primum, τύψειν.
τυπῶ. Futurum ſecundum, τυπεῖν,
Secundum Futurũ idem cũ ſecundo Aoriſto.

PARTICIPII.

τύπτω.	Præſens,& imperf.	ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος. ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης. τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.
τέτυφα.	Perf.& pluſquamp.	ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος. ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας. τὸ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος.
ἔτυψα.	Aoriſtus primus,	ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος. ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης. τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.
ἔτυπον.	Aoriſtus ſecundus,	ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.
τύψω.	Futurum primum,	ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης. τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.
τυπῶ.	Futurum ſecundum,	ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος. ἡ τυπέουσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Omne tempus habet ſuũ participium: τύπτων, verberans, qui verberat, aut verberabat: τετυφὼς, qui verberauit, aut verberauerat. Sic Aoriſti, τύψας ac τυπὼν, qui verberauit, & futura, τύψων ac τυπῶν, verberaturus.

Aori-

Aoriſtus ſecundus acuitur. τυπών τυπόντος.

Secundum Futurum circumflectitur, τυπῶν τυπουῶτος.

Participia Maſculina, & Neutra pertinent ad quintam nominum declinationem, Fœminina verò ad ſecundam.

VERBI PASSIVI INDICATIVI.

Præſens, { Τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται. Τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον. Τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται. } Paradigma paſsiui barytoni.

Prima pluralis non deſinit in μεν, & ideo integer habetur dualis: in quo ſecunda, & tertia ſimiles, quòd tertia pluralis exeat in αι.

Imperfec. { Ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο. Ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην. Ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο. }

Cuiuſcunque generis ſint verba, tamen idem habent augmentum.

Perfectum, { Τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται. Τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον. Τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι, εἰσί. }

Fit ab actiuo, extrema litera aut ſyllaba conuerſa in μαι.

Secunda perſona in σαι, actu, aut poteſtate nẽpe ψαι, aut ξαι. Tertia ται.

In prima coniugatione mutatur α Actiui in μαι, & φ aſpiratá in β mediam. τέτυφα, τέτυβμαι, ſed ob euphoniam dicitur τέτυμμαι, μ pro β.

In

In ſecunda, ac tertia perſona eſt π tenuis, τέτυψαι, τέτυπται. nam ψ valet πσ.

Secunda, & tertia dualis, & ſecunda pluralis, fiũt à tertia ſingulari, mutatis tenuibus ante αι in proprias aſpiratas, idque in omni coniugatione τέτυπται, τέτυφθον τέτυφθε.

Tertiam pluralem circumloquimur per participium præteriti temporis, & verbum ſubſtantiuum, quoties tertia ſingularis non deſinit in ται purum, τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί.

Secunda cõiug. { λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται.
λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον.
λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσί.

Eadem hic ratio literarum, γ, κ, χ, & dũplicis ξ, qualis in prima coniugatione, mutatum, β, π, φ, & duplicis ψ, vt à λέγω, prçteritum actiuum λέλεχα, paſſiuum λέλεγμαι, mutando α in μαι, aſpiratam χ in mediam γ. In ſecunda, & tertia perſona eſt tenuis κ, λέλεξαι, λέλεκται. nam ξ, eſt κσ. Reliquarum coniugationum κα migrat in μαι.

Tertia cõiug. { πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισαι.
πεπείσμεθον, πέπεισθον, πέπεισθον.
πεπείσμεθα, πέπεισθε, πεπεισμένοι εἰσί.

Ante μαι collocandum eſt σ: πείθω, πέπεικα, πέπεισμαι. Secunda perſona πέπεισαι, per vnum σ tantum, etiamſi in prima fuerit σ, πέπισμαι.

Quarta

Quarta coniug.
Ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται.
Ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον.
Ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί.

Πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται.
Πεφράσμεθον, πέφραθον, πέφραθον.
Πεφράσμεθα, πέφραθε, πεφρασμένοι εἰσί.

Quorum actiuum præteritum in χα, ea ſequuntur coniugationem ſecundam, χ, in γ, α, in μαι: ὄρυχα ὄρυγμαι. Si autem actiuum in κα, formatio eſt, vt in tertia, aſſumpto σ: φράζω, πέφρακα, πέφρασμαι.

Quinta coniugatio etiam in paſſiuo Præterito ſeruat immutabiles λ, & ρ, vt in actiuo: ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλμαι, σπείρω, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι.

ψάλλω,
Ἔψαλμαι, ἔψαλσαι, ἔψαλται.
Ἐψάλμεθον, ἔψαλθον, ἔψαλθον.
Ἐψάλμεθα, ἔψαλθε, ἐψαλμένοι εἰσί.

σπείρω,
Ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται.
Ἐσπάρμεθον, ἔσπαρθον, ἔσπαρθον.
Ἐσπάρμεθα, ἔσπαρθε, ἐσπαρμένοι εἰσί.

Finita in μω, aut μνω, actiuũ Præteritũ habent in ηκα, paſſiuum in ημαι; νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι: τέμνω, τετέμηκα, τετέμημαι. Nam interponitur η. *In μω & μνω finita.*

νέμω,
Νενέμημαι, νενέμησαι, νενέμηται.
Νενεμήμεθον, νενέμησθον, νενέμησθον.
Νενεμήμεθα, νενέμησθε, νενέμηνται.

Sic τετέμημαι, τετέμησαι, τετέμηται, &c.

Secunda, & tertia dualis, ac ſecunda pluralis interſerunt σ, quoties tertia ſingularis exit in ται purum: νενέμηται, νενέμησθον, νενέμησθε.

A tertia ſingularis finita in *ται* purum, citrà circunloquutionem fit tertia pluralis, interponẽdo *ν* ante *ται*, *νενέμηται*, *νενέμηνται*.

Verba in *αινω*, actiuum præteritum faciunt in *γκα*: paſſiuum autem primæ perſonæ in *μμαι*: *φαίνω*, *πέφαγκα*, *πέφαμμαι*. Nam in cæteris manet *ν*.

Φαίνω, { Πέφαμμαι, πέφανσαι, πέφανται.
Πεφάμμεθον, πέφανθον, πέφανθον.
Πεφάμμεθα, πέφανθε, πεφαμμένοι εἰσί.

Diſyllaba in *ινω*, *εινω*, & *υνω*, abbijciunt *ν*, vt in actiuo: nec tamen aſſumunt *σ* ante *μαι*.

Κρίνω, { Κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται.
Κεκρίμεθον, κέκρισθον, κέκρισθον.
Κεκρίμεθα, κέκρισθε, κέκρινται.

Κτείνω, { Ἔκταμαι, ἔκτασαι, ἔκταται.
Ἐκτάμεθον, ἔκτασθον, ἔκτασθον.
Ἐκτάμεθα, ἔκτασθε, ἔκτανται.

Θύω, { Τέθυμαι, τέθυσαι, τέθυται.
Τεθύμεθον, τέθυσθον, τέθυσθον.
Τεθύμεθα, τέθυσθε, τέθυνται.

Sextæ coniugatio nunc accipit *σ*: *ἀκούω*, *ἤκουκα*, *ἤκουσμαι*, nunc non accipit, *τοξεύω*, *τετόξευκα*, *τετόξευμαι*.

ἀκούω, { Ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται.
Ἠκούσμεθον, ἤκουσθον, ἤκουσθον.
Ἠκούσμεθα, ἤκουσθε, ἠκουσμένοι εἰσί.

Τοξεύω, { Τετόξευμαι, τετόξευσαι, τετόξευται.
Τετοξεύμεθον, τετόξευσθον, τετόξευσθον.
Τετοξεύμεθα, τετόξευσθε, τετόξευνται.

Pluſ.

Plusquáperf. { Ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο. Ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον ἐτετύφθην. Ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Perfecti prima persona vertit μαι in μην: τέτυμμαι, ἐτετύμμην. secunda, & tertia αι in ο: τέτυψαι, ἐτέτυψο: τέτυπται, ἐτέτυπτο. Tertia pluralis exit in ντο, si singularis desinat in το purum, ἐκέκριτο, ἐκέκριντο: alioqui circumloquitur per verbum substantiuum, Ἐτέτυπτο, τετυμμένοι ἦσαν.

Aor. primus, { Ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη. Ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην. Ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Formatur à tertia perfecti mutatis tenuib. ante αι, in proprias aspiratas: τέτυπται, ἐτύφθην: λέλεκται, ἐλέχθην: πέπεισαι, ἐπείσθην.

Aor. secund. { Ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη. Ἐτύπητον, ἐτυπήτην. Ἐτύπημεν ἐτύπητε, ἐτύπησαν.

Mutat ον actiui in ην: ἔτυπον, ἐτύπην.

Caret vterque Aoristus prima duali. Nam inflexionem habent Actiuorum: si quidem plurale in μεν.

Fut. primum, { Τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται. Τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, σεσθον. Τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, σονται.

A primo Aoristo ἐτύφθην, τυφθήσομαι.

Fut. secūdū, { Τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται. Τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον. Τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Paulò pòst futurum.

A secundo Aoristo, ἐτύπην, τυπήσομαι.

Est Græcis tempus in verbis passiuis, quod vocatur μετ' ὀλίγον, μέλλων, hoc est Paulo post futurum, quoties actio iam mox adfutura signatur.

Paulò pòst futurum.
Τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται.
Τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον.
Τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

Fit à secunda perfecti, interposito, ομ, τέτυψαι, τετύψομαι: seruatq; augmentum in omni modo.

IMPERATIVI.

Præsens, & imper.
Τύπτου, τυπτέσθω.
Τύπτεσθον, τυπτέσθων.
Τύπτεσθε, τυπτέσθωσαν.

Perf. & plusquãp.
Τέτυψο, τετύφθω.
Τέτυφθον, τετύφθων.
Τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Secunda persona fit à secũda plusquamperfecti: ἐτέτυψο, τέτυψο, ἐλέλεξο, λέλεξο: ἐπέπεισο, πέπεισο: ὤρυξο, ὤρυξο.

Tertia verò à tertia eisdem temporis migrante το in θω, & reliquis item tenuibus in aspiratas, ἐτέτυπτο, τετύφθω, ἐλέλεκτο, λελέχθω, ἐπέπεισο πεπείσθω, quod si το sit purum, assumitur σ, ἐκέκριτο, κεκρίσθω.

Aoristus primus,
Τύφθητι, τυφθήτω.
Τύφθητον, τυφθήτων.
Τύφθητε, τυφθήτωσαν.

Aoristus secundus,
Τύπητι, τυπήτω.
Τύπητον, τυπήτων.
Τύπητε, τυπήτωσαν.

Aoristi desinunt in θι: sed prior hic in τι: propter alterum θ præcedens, τύφθητι, non τύφθηθι: sic tertia singularis vtriusque, & reliqui numeri per τ, non θ, τυπήτω, τύπητον.

OPTATIVI.

Præsens, & Imperfect.
Τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο.
Τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην.
Τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Omnium optatiuorum penultima est diphthongus.

Perfectum, & plusquamp.
Τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη.
Τετυμμένω, εἴητον, εἰήτην.
Τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

In verbis Barytonis semper opus est periphrasi; per participium, & verbum substantiuum.

Aor. prim.
Τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη.
Τυφθείητον, τυφθειήτην.
Τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.

Aor. secu.
Τυπείην, τυπείης, τυπείη.
Τυπείητον τυπειήτην.
Τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.

Fut. prim.
Τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο.
Τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, σοίσθην.
Τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.

Fut. secu.
Τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο.
Τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, σοίσθην.
Τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

Paulòpòst futurum.
Τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο.
Τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, ψοίσθην.
Τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

SVBIVNCTIVI.

Pres.& Imp. ἐὰν { Τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτηται. τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον. τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

Perf. & plusquā. { Τετυμμένος, ὦ, ᾖς, ᾖ. τετυμμένω, ἦτον, ἦτον. τετυμμένοι, ὦμεν ἦτε, ὦσι.

Et hic, & in Optatiuo circumloquimur hoc Perfectum, & tertiam pluralem indicatiui.

Aor. primus, ἐὰν { Τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ. Τυφθῆτον, τυφθῆτον. Τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι.

Aor. secund. ἐὰν { Τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ. Τυπῆτον, τυπῆτον. Τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι.

INFINITIVI.

Præsens τύπτεσθαι.

Perfectum, & plusquamperfectum, τετύφθαι, accentu in penultima.

Aoristus primus, τυφθῆναι.

Aoristus secundus, τυπῆναι.

Futurum primum, τυφθήσεσθαι.

Futurum secundum, τυπήσεσθαι.

Paulò post futurum, τετύψεσθαι.

Infinitiui in σθαι fiunt à secunda plurali indicatiui, verso ε in αι τύπτεσθε, τύπτεσθαι, &c.

PARTICIPII.

Præsens, { ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου. ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης. τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου.

Perf.

Perfec. & plusq. { ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου. ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης. Τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου.

Aorist. primus, { ὁ τυφθεὶς, τοῦ τυφθέντος. ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης. Τὸ τυφθὲν, τοῦ τυφθέντος.

Aor. secundus, { ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος. ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης. Τὸ τυπὲν, τοῦ τυπένθος.

Futur. primum, { ὁ τυφθησομένος, τοῦ τυφθησομένου. ἡ τυφθησομένι, τῆς τυφθησομένης. τὸ τυφθησομένον, τοῦ τυφθησομένου.

Fut. secundum, { ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου. ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης. τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

Paulò post fut. { ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου. ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης. Τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου.

Accentus perfecti in penultima, reliquorum in μενος, in antepenultima: at Aoristi acuuntur. Cæterum μενος, & μενον ad tertiam pertinent declinationem: εις, & εν ad quintam: omnia autem fœminina ad secundam.

VERBVM MEDIVM.

Medium verbum, siue Commune, quod nunc actiuè capit, nunc passiuè: βιάζομαι τὸν φίλον, violo amicum: βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, violor ab amico: sic ἄγομαι, duco, ducor. κομίζομαι, porto portor.

Ab actiuis autem non tantum Passiua deducuntur, sed etiam media: quorum & inflexio, & significatio partim actiua, partim passiua est. Præsens, & præteritum imperfectum non tantum inflectendi ratione, verum & voce penitus eadem sunt cum verbo passiuo. Perfectum, & Plusquam perfectum sortita sunt terminationem actiuam: Aoristi, ac Futura passiuam.

INDICATIVI.

Perfectū medium.

Perfectum, { Τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε. Τετύπατον, τετύπατον. Τετύπαμεν, τετύπαθε, τετύπασι.

Medium præteritum perfectum formatur ab actiuo, collocata figuratiua litera Præsentis pro figuratiua Præteriti actiui, τέτυφα, τέτυπα: à τύπτω.

Nā desinentium in πτω, κτω, & μνω, formatiua litera est prior consonans, τίκτω, τέτεχα, τέτοκα. τέμνω, τετέμηκα, τέτομα, vt dictum est suprà.

Præterea quartę coniugationis futurū ξω characterticon facit, γ, πλήσσω, πλήξω, πέπληχα, πέπληγα. σω autem δ, φράζω, φράσω, πέφρακα, πέφραδα, ut etiam notatum in secundo Aoristo verbi actiui sup. pag. 26.

Trium verò tēporum eadem est figuratiua, secundi Aoristi, secundi Futuri, & Præteriti medij.

In sexta coniugatione characteristicon est vocalis, aut diphthongus: λύω, λέλυκα, λέλυα. ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουα, quanquam hoc tempus hìc rarum.

Penul-

Penultima eadē, quę in actiuo, τέτυφα, τέτυπα.

Dissyllabi futuri penultima ε, migrabit in ο, λέγω, λέξω, λέλεχα, λέλογα: at diphthongus ει in οι πείθω, πείσω, πέπεικα, πέποιθα.

Vocalis α præsentis interdum seruatur, ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλα. interdum vertitur in η, θάλλω, τέθαλκα, τέθηλα. diphthongus autem αι in η diphthongum impropriam φαίνω, πέφηνα.

Plusquamperf. { Ετετύπειν, ἐτετύπεις, ἐτετύπει. Ετετυπεῖτον, ἐτετυπείτην. Ετετύπειμεν, ἐτετύπειθε, ὑπεισαν.

Aorist. primus, { Ετυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο. Ετυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην Ετυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Additur μην ad actiuum ἔτυψα, vnde ἐτυψάμην.

Aor. secundus, { Ετυπόμην, ἐτύπου, ἐτύπετο. Ετυπόμεθον, ἐτύπεσθον. ἐτυπέσθην. Ετυπόμεθα, ἐτύπεσθε, ἐτύποντο.

Mutatur ον actiui in όμην: vnde ἔτυπον, ἐτυπόμην.

Futu. primum, { Τύψομαι, τύψῃ, τύψεται. Τυψόμεθον, τύψεσθον, τύψεσθον. Τυψόμεθα, τύψεσθε, τύψονται.

Actiuum ω barytonum fit in ομαι: τύψω, τύψομαι.

Fut. secundum, { Τυποῦμαι, τυπεῖ, τυπεῖται. Τυπούμεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον. Τυπούμεθα, τυπεῖσθε, τυποῦνται.

Etiam hoc fit ab actiuo, vertendo ῶ circumflexum in οῦμαι, τυπῶ, τυποῦμαι. Ideoque in Quinta coniugatione primum quoq; Futurūm desinit in οῦμαι. nam Actiuum in ῶ circūflectitur, vt à σπεί-

ρω, primum Futurum actiuum σπερῶ: medium autem σπέρῦμαι: secundū verò actiuum σπαρῶ, medium σπαρῦμαι.

Accidit igitur hîc idem esse vtrunq; futurum, tam Actiuum, quàm medium, ψάλλω, ψαλῶ, ψαλῦμαι.

IMPERATIVI.

Perf. & plusquāp. { Τέτυπε, τετυπέτω. Τετύπετον, τετυπέτων. Τετύπετε, τετυπέτωσαν.

Aoristus primus, { Τύψαι, τυψάτω. Τύψατον, τυψάτων. Τύψατε, τυψάτωσαν.

Aoristus secūdus, { Τύπου, τυπέτω. Τύπετον, τυπέτων. τύπετε, τυπέτωσαν.

OPTATIVI.

Perf. & plusq. { Τετύποιμι, τετύποις, τετύποι. Τετύποιτον, τετυποίτην. Τετύποιμεν, τετύποιτε, τετύποιεν.

Aor. primus, { Τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο. Τυψαίμεθον, τύψεσθον, τυψαίσθην. Τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψειντο.

Aor. secūdus, { Τυποίμην, τύποιο, τύποιτο. Τυποίμεθον, τύποισθον, τυποίσθην. Τυποίμεθα, τύποισθε, τύποιντο.

Fut. primum, { Τυψοίμην τύψοιο, τύψοιτο. τυψοίμεθον: τύψοισθον, τυψοίσθην. Τυψοίμεθα, τύψοισθε, τύψοιντο.

Fut.

Fut.secundū, { Τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο. / Τυποίμεθον, τυποῖσθον, τυποίσθην. / Τυποίμεθα, τυποῖσθε, τυποῖντο.

Cum Aoristo secundo consentit voce, sed pugnat accentu.

SVBIVNCTIVI.

Perfectum, & plusquamp. ἐὰν { Τετύπω, τετύπῃς, τετύπῃ. / Τετύπηθον, τετύπηθον. / Τετύπωμεν, τετύπηθε, τετύπωσι.

Aorist.pri. ἐὰν { Τύψομαι, τύψῃ, τύψηται. / Τυψώμεθον, τύψησθον, τύψησθον. / Τυψώμεθα, τύψησθε, τύψωνται.

Aorist.sec. ἐὰν { Τύπομαι, τύπῃ, τύπηται. / Τυπώμεθον, τύπησθον, τύπησθον. / Τυπώμεθα, τύπησθε, τύπωνται.

INFINITIVI.

Perfectum, & plusquamp.	Τετυπέναι.
Aoristus primus,	Τύψασθαι.
Aoristus secundus,	Τυπέσθαι.
Futurum primum.	Τύψεσθαι.
Futurum secundum,	Τυπεῖσθαι, per ει

circunflexum: at secundus Aoristus per έ acutum τυπέσθαι.

Perf.& Plusquāp. { Τετυπὼς, τετυπότος. / Τετυπυῖα, τετυπυίας. / Τετυπὸς, τετυπότος:

Aoristus primus, { Τυψάμενος, τυψαμένου. / Τυψαμένη, τυψαμένης. / Τυψάμενον, τυψαμένου.

Aori-

Aoristus secundus, { Τυπόμενος, τυπομένου. Τυπομένη, τυπομένης. Τυπόμενον, τυπομένου.

Futurum primum, { Τυψόμενος, τυψομένου. Τυψομένη, τυψομένης. Τυψόμενον, τυψομένου.

Futurum secūdum, { Τυπούμενος, τυπουμένου. Τυπουμένη, τυπουμένης. Τυπούμενον, τυπουμένου.

Atque hactenus de verbis Barytonis.

CONTRACTIONES VERBORVM.

Verborum contractiones, atq; eorū formationes.

A Barytonis Sextæ coniugationis in έω, άω, & όω, fiunt per contractionē verba, quę vocātur Circumflexa, ob id quod duabus syllabis in vnam contractis, accentum possideant circunflexum, ποιέω, ποιῶ, βοάω, βοῶ: χρυσόω, χρυσῶ: έω, άω, & όω coalescentibus in ῶ: si quidem ex accentu acuto, & graui profluit circumflexus. Itidem in reliquis personis, ποιέεις, ποιεῖς: βοάεις, βοᾷς: χρυσόεις, χρυσοῖς: de quibus postea. Neque hic est quicquam peculiare: nisi quod ex tribus illis characteristicis, α ε ο, & vocali, aut diphthongo sequente, certo quodam modo fiat synæresis, haud aliter atque in contractis nominibus, quæ exceptis contractionib. planè Quintæ sunt declinationis. Et quemadmodum illic non in omnibus casibus semper fit contractio, licet Genitiuus desinat in ος purum, ita hic non omne tēpus est capax contractionis, sed tantum Præsens

Quæ tēpora contrahuntur.

90 Pro πήχει, à πῆχυς, εως, 14.3. per brachiū, siue cubitū uidetur intellexisse manum, uel digitos. 91 Vt ἐτύφθη, 35.10. ab ἐκμαραίνω, marcefacio, tabefacio: cōpositū ab ἐκ (quæ ante uocalem fit) ἐξ, 80.21. & μαραίνω, μ. ανῶ, tabefacio, arefacio. 92 92.10. & 109.21. 93 Vt ἡ Λητώ. 18.18. est autē nomē cuiusdā uetulę sortilegæ cribro uaticinantis; quæ diuinandi ratio ad nostra usq; tempora permanauit, licet sit sacris legib. dānata. 94 Pro τὰ ἀληθῆ, τὸ ἀληθὲς, 13.14 Perpende hic tria: synalęphē, siue cōtractionē; Dorismum, o. & Iouismum, m, 95 Dictio cōposita ex τὸ κόσκινον, uel ὁ κόσκινος, cribrum, & μάντις, ιος, uates, 96 pro ἡ ποιολογοῦσα, o. & t. ut ποιοῦσα, 47.11. à ποιολογέω, herbas colligo; ab ἡ ποία, herba, & λέγω, lego, colligo. 97 pro παραβάτις. nā Poetæ παραὶ pro παρὰ dicunt; & fit a masc. ὁ παραβάτης, ου. ut ἡ δεσπότις ab ὁ δεσπότης, 81.28. παραβάτης, autem. i. socius, comes, est uerbale (84.28. à παραβαίνω, iuxta eo; sed quasi à παράβημι, uel παραβάω. 106.19. Hunc uersū præcedēti sic cōiunge. Καὶ Ἀγροιὼ ἁ κοσκινόμαντις, ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις, εἶπε τἀλαθέα. Atq; Agrœo cribro uaticinās, dudum herbas colligens, sequens, dixit uera; herbas colligēs, sequēs. i. dum messores sequēs, relictas spicas colligeret. 98 Poetæ dicunt τὶν & τεὶν pro σοί. 99 Cōponitur ex ἐν, & κεῖμαι. 101.25. 1 13.1. 2 pro ποιεῖ. 47.2. nā Dores ι subscriptum sæpe negligunt. 3 Ab ὁ καὶ ἡ δίδυμος. gemin⁹, gemellus, & τίκτω, pario. (cuius præteritum medium τέτοκα, 116. 2.) fit rectr ἡ διδυμοτόκος, geminos enixa, gemellos pariens; uerum Poetę in cōpositis ex nominibus tertiæ decl. o claudens primam cōpositionis partē in η mutāt; διδυμητόκος, & Dorice διδυματόκος. o.

Margin: ἐξεμαράνθην, ... εἶπον, ... τἀλαθέα ... κοσκινόμαντις. ἁ πριν ... ποιολογεῦσα. ποιολογέω. ποιά. παραιβάτις. παραί. διδυματόκος.

Quam

Quam me, & Memnonis filia Erithacis nigrum corpus habens.
ὁ δ' Τάν με, κὴ ἁ 4 ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ 5 μελανόχρως.

Petit; & dabo ipsi, quoniam tu mihi deliciaris.
Αἰτεῖ, κὴ 6 δωσῶ 7 οἱ, ἐπὶ σύ μοι 8 ἐνδιαθρύπτη.

Salit oculus meus dexter. num videbo
9 Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός. ἆρα γ' 10 ἰδησῶ

Ipsam? Cantabo ad pinum hic inclinatus.
Αὐτάν; 11 ἀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' 12 ἀποκλινθείς.

Et me forte aspiciet; quoniam non adamantina est.
Κἄν μ' 13 ποτίδῃ. ἐπὴ οὐκ ἀδαμαντίνα 14 ἐντί.

SCHOLIA.

4 Quum nomen proprium articulo fultum regit genitiuum proprij nois, cum eo articulo, si sit masculinus, itelligitur in eodē casu υἱός, i. filius; si sit fœmininus, suppletur θυγάτηρ, filia; ut Πέτρος, ὁ Ἰωάννου, Petrus Ioannis, scilicet filius; Ἐριθακίς, ἡ (& Doricè ἁ) Μέρμνωνος, Erithacis Mermnonis, supple filia 5 Dictio composita ex τὸ μέλαν, μέλανος, nigrum, & ὁ χρώς, χρωτός, corpus. 6 Pro δώσω, q. a δίδωμι, 7 76.16. 8 Vt τύπτη, 29.10. sed neglecto ι subscripto, ab ἐνδιαθρύπτω, vel ἐνδιαθρύπτομαι, ludibrium, & delicias facio. 9 Quasi dicat, Amaryllida procul uenientē uidere videor. nū igitur ipsam inuisā? 10 Poetæ in futuro primo verbi εἴδω, pro εἴδησω dicunt ἰδήσω sine ε. & Dorice, ut hic, ἰδησῶ, vltima circumflexa. 11 Vt πεσεῦμαι, ab ᾄδω. Dores in huiusmodi terminationibus pro ου non rarò ευ vsurpant. dicunt. n. πεσοῦμαι, & πεσεῦμαι, cadam. 12 Vt τυφθείς, 39.4. ab ἀποκλίνω. 13 Κε ποθίδῃ pro προσίδῃ ἄν. nam κε est ἄν. nam κε, & κεν non rarò potentialem modum indicant, ueluti ἄν. & in ποτίδῃ punctum subscriptum desideratur; & ποτὶ, loco πρὸς positum est. tamen ι quod est in ποτίδῃ, non pertinet ad ποτὶ, sed ad simplex ἴδῃ. Vide ἐάν, ἴδω, κε, ῃ, 106.20. 14 Dorice pro ἐστί.

μελανόχρως. ἀσεῦμαι ἀποκλινθείς. κεποτίδη.

Hippomenes quando iā virginem voluit in vxorē ducere.
15 Ἱππομένης ὄκα δὴ τὰν παρθένον 16 ἤθελε ο 17 γᾶμαι.

SCHOLIA.

15 Sequentes versus, trib. vltimis exceptis, sunt cātilena, q̄ caprarius audiēte Amaryllide canit. hæc plurib. fabulis cō texīt: quib. non paucos enumerat, qui ægrè quidem, sed tn̄ suis amorib. tandem summa cū voluptate sunt vsi: quorum exemplo ipse in spem primū erigitur se aliqn̄ Amaryllide potiturum, mox verò in desperationē rursus adducitur, vbi videt illam his additis nullo modo cōmoueri. Quia verò sine harum fabularū cognitione cōtextus est subobscurus, eas paucis perstringā, ac primo quidē loquitur de Atalanta, quæ quū mira corporis velocitate præstaret, & à nuptijs omnino abhorreret, procis suis cursus certamē proposuit, in quo victum mortis pœna, victorē coniugij sui præmium sequerēt. Multis itaq; victis, tandem Hippomenes mala aurea, quæ à Venere acceperat, ante pedes præuertentis Atalantæ singulatim proiiciens, eā malis colligendis detentā superauit, ac postea in vxorem duxit. Altera sic hēt, Qnū Bias Peronē Nelei filiā miserè deperiret, eamq; Neleus se illi daturū negaret, nisi is boues, quas vi raptas Iphiclus è Pilo Nelei vrbe in Othryn Thessaliæ mōtē abduxerat, restituēdas curaret: Melāpus vaticinio clarus se maximis periculis exponēs, id tādē in Biātis fratris gratiā peregit, atq; Bias amica potitus est: ex qua postea Alphesibenā sustulit. Tertia fabula est de Adonide pastore; quem quū Venus (q̄ & Cytherea à Cythera īsula, ī qua primū coli cœpta est, appellātur) mirū in modū adamaret, ab apro est interfectus. sed eū Venus aliquot menses gremio fouens, in vitā ferē reuocasse, ac postea illū ī delicijs habuisse. In quarta meminit Endymionis, qui ob venationis studiū constanti animo mulieres oēs spernebat: tandē tn̄ Luna eius amore capta, illū somno arctissimo sopiuit, ut uel eius dormientis desideratissimo cōplexu frueretur. Postrema verò fabula est de Iasione, cū quo dormiente Ceres, est cōgressa, & ex eo cōcubitu facta est grauida, q̄ res est auditui incredibilis ijs, qui mysteriorū amoris sunt ignari; q. βέβαλοι nuncupanē, 16. Imperfectum ab ἐθέλω, 17. Pro γῆμαι, o. à γαμέω, 107. 10.

Fabula, de Atalāta, & Hippomene.

De Biāte, & Perone

De Adonide, & Venere

De Endymione & Luna.

De Iasione, et Cerere

βέβαλοι γᾶμαι.

Mala

Mala in manibus capiens, cursum perfecit.

α Ο Μαλ' ἐν α 18 χερσὶν 19 ἑλὼν, δρόμον α Ο 20 ἄνυεν.

sed Atalanta.

Ο ἁ δ' Ἀταλάντα.

Vt vidit, valde insaniuit, valde in profundum prosilijt amorem,

Ὡς α 21 ἴδεν, ὡς 22 ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν 23 ἄλλετ' ἔρωτα.

Gregem etiam vates ab Othry duxit. Melampus

αΟ Τὰν Ο ἀγέλαν 24 χὡ μάντις ἀπ' Ὄθρυς Ο 25 ἄγε Μελάμπους

In Pylum. porrò Biantis in vlnis inclinata est

Ο Ἐς Πύλον. Ο 26 ἁ δὲ Βίαντος ἐν α κ ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη

Mater gratiosa prudentis Alphesibœæ.

Ο 26 Μάτηρ Ο ἀχαρίεσσα περίφρονος Ἀλφεσιβοίας.

At pulchram Venerem, in montibus oues pascens

Ο Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν 27 οὔρεσι Ο μᾶλα 28 νομεύων

Non sic Adonis in plurimum duxit rabiei:

Οὐχ οὗτος 29 Ὤδωνις ἐπὶ 30 πλέον Ο 25 ἄγαγε Ο λύσσας,

Quare neque mortuum ipsum sine mamma ponit.

Ὥς τοῦ δὲ 31 φθίμενόν 32 μιν 33 ἄτερ μαζοῖο 34 τίθητι.

SCHOLIA.

18 89.10.19 Participium ab εἶλον, 20 Pro ἤνυεν, o. imperfectum, uel aoristus secundus ab ἀνύω, 21 109.20. ὡς ἴδεν, postquam uidit, supple, mala quæ proiecerat Hipomenes. ὡς ἐμάνη, sic, idest, ualde insaniuit, subaudi malorum desiderio & amore. 22 Vt ἐτύπη, 35.15. à μαίνομαι, uide 26.21. 23 Pro ἥλετο, o. Imperfectum pro aoristo secundo, qui per unicum λ scriberet, ab ἄλλομαι; uel dicemus esse sine augmento. n. Notatur spiritu tenui, Aeolico more. quãuis ἄλλομαι aspiretur. ueluti & ἄλτο pro ἥλετο, 24 pro καὶ ὁ μάντις, 25 103.22.26 ἁ μάτηρ ἀχαρίεσσα, &c. periphrasis est ipsius Perones, quã Bias adamabat. 27 Poeticum pro ὄρεσι, à τὸ ὄρος, εος, & poetice οὖρος, 28 ἡ νομή, ῆς, pabulum, pastura; hinc νομεύω, pasco. 29 ὁ Ἄδωνις. 30 pro πλεῖον 31 ab ἔφθιμαι, morior. 32 Doricè μὶν siue νιν pro ἕ. 33 ἀτερμαζοῖο τίθητι, idest, cessat amplecti, uel gremio fouere. 34 Doricè pro τίθησι, 60.20.

ἴδον, ἴδε. ἐμάνη. ἄλλετο. χὡ μάντις ἄγε. νομεύω. Ἄδωνις. τίθητι.

Beatus

Beatus quidem mihi immutabilem somnum dormiens
ὁ 35 Ζαλωτὸς μὲν 36 ἐμὶν ὁ τὸν 37 ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Endymion. Admiror autem o 38 dilecta mulier Iasionem,
Ἐνδυμίων. ὁ 35 ζαλῶ δὲ ὦ φίλα 38 γύναι Ἰασίωνα.
Qui tanta adeptus est, quanta non credetis profani.
Ὃς 39 τόσσων 40 ἐκύρησεν ὅσ' οὐ 41 πεύσεισθε βέβαλοι.
Doleo caput, tibi verò non est curæ: non amplius cano:
Ἀλγέω τὰν κεφαλάν· 42 τὶν δ' οὐ μέλει· οὐκέτ' ἀείδω.
Iacebo autem cadens, & lupi hîc me edent.
43 Κεισεῦμαι δὲ 44 πεσών, καὶ 45 τοὶ λύκοι ὧδε μ' 46 ἔδοντι.
Tanquam mel tibi dulce hoc in gutture fuerit.
Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο 47 γένοιτο.

SCHOLIA.

ζαλωτός. 35 Pro ζηλωτός, ὁ. verbale (84.28.) à ζηλόω, ζηλῶ, & Doricè ζαλῶ, μ. ώσω, id est, æmulor, suspicio, admiror, beatum iudico. 36 Doricè ἐμὶν pro ἐμοί. 37 A τρέπω, verto, muto, fit verbale τροπή, ῆς, mutatio, conuersio: vñ cũ α priuatiuo fit adiectiuum ἄτροπος, immutabilis, incõcussus, perpetuus. 38 89.23. Per apostrophen ad Amaryllida sermonẽ cõuertit. 39 Est genitiui plur. à τόσσος, tantus: quod poeticũ est, τόσσος. pro τόσος. 40 Vt ἔτυψε, 25.16. à κυρέω adipiscor. construitur cum genitiuo. 41 pro πεύσεσθε, vt τυψεῖσθε, 41.20. hẽt terminationẽ futuri secundi medij τυπεῖσθαι, 41.25. Venit autem à themate πυνθάνομαι, 114.9. 42 Poetæ dicunt τίν, & τεὶν pro σοί. 43 κεῖμαι, iaceo, fit (vt habes, 101.16) à κέω, κεέω, & crasi κείω, vnde futurum primum κείσω; & mediũ κεισεῦμαι. κείσομαι. pro quo Dores dicunt κεισοῦμαι, uel κεισεῦμαι, 113.25. 44 Participium ab ἔπεσον aoristo secundo verbi πεσών. πίπτω, 113.25. 45 Doricè pro οἱ. 46 Communiter dicen- ἔδοντι. dum erat ἔδονται; ab ἔδομαι futuro secundo med. de quo 97.29. & 109.12. Iuxta huius analogiam futurum secundũ actiuum esset ἐδῶ, nõ ἐδῶ, & tertia pluralis ἐδοῖσι, nõ ἐδοῦσι. Pro ἐδοῦσι, uerè antepenacute Theocritus more Dorico γιγνοίμην, οιο, οιτο. dixit ἔδοντι. Ego malim legere ἔδονται, quòd futurum secundum huius uerbi in uoce actiua uix inueniatur. 47 Aoristus optatiui Doricus a γίνομαι, 107.8.

PINDARI OLYMPIA,
ΠΙΝΔΑΡΟΥ 1 ΟΛΥΜΠΙΑ,
siue Olympiæ victores.
ἢ Ὀλυμπιονῖκαι.
Hieroni Syracusio celeti.
Ἱέρωνι Συρακουσίῳ κέλητι.
ODE PRIMA.
2 ΕΙ̃ΔΟΣ 3 Α'.
Strophe prima est versuum septem decim,
4 Στροφὴ α' κώλων ιζ.
Optima quidem aqua: sed
Ἄριστον μὲν ὕδωρ· 5 ὁ δὲ
Aurum ardens ignis.
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Vt excellit nocte
Ἅτε διαπρέπει νυκτὶ,
superbis eximiæ diuitijs.
μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.

1 SVAS Odas Pindarus Olympia, siue Olympionica inscripsit, quòd his Olympia certamina, quæ ad Olympiā vrbē quinto quoq; anno celebrabātur, atq; eorū certaminū victores (qui Olympionicæ ἀπὸ τῆς νίκης, idest, à victoria, dicūtur) summis in cęlum vsque laudibus extollat & primā quidem Ode Hieronē Syracusanorū Regem, qui celes septuagesimatertia Olympiade victoriā his ludis retulerat, amplissimo laudū præconio ad sidera euehit. Est autē celes, is qui equū desultoriū, i. solū, videlicet sine bigis; aut quadrigis, incitatissimo cursu agitat; quo nomine ipse quoque equus appellaī. 2 τὸ εἶδος, cantico, cantilena, à quo εἰδύλλιον, ecloga. 3 Literis alphabeticis vtuntur Græci pro nothis arithmeticis, ut in Lexicorū appendicibus fusissime explicatur. 4 Diuisæ sunt Odæ Pindari per Strophas, & Antistrophas, quę eodē semper numero, & eisdē versuū legibus cōstant, atq; per Epodos, & numero, & versuū rōne ab vtraq; illa variātes. Si verbū verbo velis reddere, στροφὴ, versionē sonabit, à στρέφω, verto: ἀντιστροφὴ, inuersionē, vel conuersionē: & ἐπῳδὸς accentionē. Erāt aūt vocabula choreaīū, ac saltationū, quę ad lyrę cōcentum ducebātur, dum. n. Strophe occinebaī, saltantes sese ab una parte in alterā uertebant; in Antistrophe gradum inuertebant, & in Epodo interquiescebant. 5 Ordinem huius cōstructionis paulum inuersum sic retexe: Aurum verò eximiè excellit superbis diuitijs (idest, reliquis metallis) non aliter, quàm ignis noctu,

τὰ Ὀλύμπια
ὁ Ὀλυμπιονίκας ου.
ἡ Ὀλυμπία, ας.
κέλης, ητος.
τὸ εἶδος ους.
στροφὴ.
ἀντιστροφὴ.
ἐπῳδός.

Pro

Si verò certamina narrare
ε Εἰ δ' ἄεθλα ο 6 γαρύεν
Desideras mi anime,
7 Ἔλδεαι 8 φίλον ἦτορ,
ne porrò sole contempleris
ι 9 Μηκέθ'ο ἀλίου 10 σκόπει,
Aliud feruentius
11 Ἄλλο θαλπνότερον
In die fulgidum astrum,
Εν ο ἁμέρα φαεινὸν ἄςρον,
Desertum per æthera.
α Ο Ερῆμας δὶ 12 αἰθέρος.
Neque Olympico certamine
ε Μηδ' ὀλυμπίας ἀγῶνα
Præstantius eloquemur.
13 Φέρτερον, 14 αὐδάσομεν.
Vnde celeberrimus
Ὅθεν 15 ὁ πολύφατος
Hymnus vndique ponitur
Ὕμνος 16 ἀμφιβάλλεται
Sapientum consiliis, resonare
Σοφῶν 17 μητίεσι, 18 κελαδεῖν.
Saturni filium in prædiuitem venientes
α Κρόνου παῖδ' ἐς 19 ἀφνεάν 20 ἱκομένους
Ac beatam Hieronis regiam:
Μάκαιραν Ἱέρονος ἑςίαν.

Antistrophe Versuum XVII.
Αντιςροφὴ κώλων ιζ.
Iustè qui administrat
Θεμιςεῖον ὃς ἀμφέπει.

γαρύειν 6 Pro γηρύειν: Dorismus duplex, à γηρύω. 7 Pro ἔλδη, ut τύπτῃ, 31.9 ab ἔλδομαι.
ἔλδαι. 8 φίλον ἦτορ, carum cor, care, anime, vel mi anime.
9 Pro μηκέτι, 5 16, & 18, idest, ne amplius, ne posthac, ne porro.
10 Vt ποίει, 46.15, a σκοπέω.
11 85.20. 12 12.1. 13 84,11.
14 Vt τύψομεν, 27.7, ab αὐδάω, siue αὐδάζω, μ. άσω.
πολύφα τος. 15 Φημὶ (102.14.) cum πολὺ, idest, multum, fit verbale (84.28.) ὁ πολύφατος, celebris, vulgatus, de quo multus sermo habetur.
16 Id est, passim celebratur, vel exornatur.
μητίεσι. 17 Datiuus pluralis poeticus, ab ἡ μῆτις ιος.
18 Resonare, &c. idest, Vt ij, qui veniunt in amplas ædes Hieronis, celebrent Iouē Saturni filiū. κελαδεῖν,
ἀφνειός, ά, όν. κέμιτος ἐς vt ποιεῖν, 47.7. a κελαδέω, 19 Ab ἄφενος (de quo supra, 24.61.) fit adiectiuū ἀφνειὸς, vel ἀφνεὸς. 20 Participiū à ἵκομαι.

Sceptrum

Sceptrum in opulenta
ο21 Σκᾶπτον ὀ 22 πολυμάλῳ
Sicilia, decerpens quidem
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Capita uirtutibus ab omnibus,
23 Κορυφὰς 42 ἀρετᾶν ἀπὸ 24 πα
Respondet autem & (σᾶν.
Ἀγλαΐζεται δὲ, καὶ
Musices in flore.
ὀ Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ.
Vt ludimus dilectam
25 Οἷα παίζομεν ὀ φίλαν.
Viri circa crebro
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Mensam. Atqui Doricam
Τράπεζαν. 26 ἀλλὰ Δορίαν ἀπὸ
citharam à clauo
φόρμιγγα πασσάλου.
Apprehende, si tibi Pisæque
Λάβαν 27 αἴτι τοι s ὀ Πίσας τε
Et Phrenetici iucunditas
Καὶ Φερενίκου χάρις
Mentem dulcissi-
Νόον 28 ὑπὸ γλωκυτα-
mis edocuit cogitationibus.
ταῖς ἔθηκε α φροντίσιν.

21 Pro σκᾶπτον, ο. & σκᾶπτον pro σκῆπτρον, abiecto ρ, ut 1 σκηπτοῦχος, idest sceptriger, non σκηπτροῦχος: dicimus tamen pro eodem σκηπτροφόρος. σκᾶπτον.

22 Pro πολυμήλῳ, ο. ex πολὺ, multum, & τὸ μῆλον, ouis, quasi ouibus abundante. πολύμαλος.

23 Id est, summam uirtutum omnium.

24 Pro ἀρετῶν πασῶν. ἀρετᾶν πασᾶν.

25 Id est, ut uiri haud raro ludere solemus prope cara symposia. Nam huius clausulæ uocabula hoc modo sunt retexenda: οἷα ἄνδρες θαμὰ παίζομεν ἀμφὶ φίλαν τράπεζαν.

26 Supple, ὦ φίλον ἦτορ, mi anime. Nam seipsum hortatur Pindarus, ut Dorica Dialecto Hieronis uictoriam prædicet, quam illi suus equus (dictus Pherenicus, à φέρω, & νίκη, uictoria) attulit in ludis Olympicis, qui iuxta Alpheum fluuium inter Olympiam (quæ & Pisa dicitur) & Elim, ciuitates in Peloponnensi regione sitas, celebrantur 27 εἴτι, si quid, id est, εἰ κατά τι, si in aliquo, si ullo modo. 28 Pro ὑπέθηκε, ab ὑποτίθημι consulo, instituo, edoceo. De simplici ἔθηκε, uide 6..& 13.4. atque 94.5. εἴτι. ὑπέθηκε.

Tertia

Quādo iuxta Alphęū proruit corpus
α Ὅτε παρ᾽ Ἀλφειῷ 29 σύτο δέμας,
Generoſum in curſibus præbens,
30 Ἀκέντητον ἐν 1 δρόμοισι παρέχων
Victoriæ uerò admiſcuit dominū,
31 Κράτει δὲ 32 προσέμιξε δεσπόταν

EPODVS
ΕΠΩΔΟΣ.

Syracuſium equis gaudentem
Συρακούσιον ο 33 ἱπποχάρμαν
Regem.
Βασιλῆα.

ἐσυτο. 29 Tertia perſona ſingul. Aoriſti ſecundi medij ἐσυόμην, ſyncope, ac depoſito augmento. Thema eſt σεύω. 115.10.

ἀκέντητος. 30 A τὸ κέντρον, id eſt ſtimulus, calcar, reiecto ρ, fit κεντέω, vel κεντάω, i. ſtimulo, pūgo, hinc cum α priuatiua fit uerbale ὁ ἀκέντητος, non punctus, i. generoſus, & qui etjam calcaribus non admonitis in curſum pronus eſt. 31 τὸ κράτος, εος, ους. τῷ κρατέϊ, κράτει. 32 Vt ἔλυψε, 25.16. a πρὸς μίγνυμι, admiſceo, adiungo, ſed quaſi à πρὸς μίγω. Vide 104.11.33

προσέμιξε. ὁ ἱπποχάρμης, αν. Pro ἱπποχάρμην, ο. Eſt autē ἱπποχάρμης, equis gaudēs. uel equis pugnans ab ἵππος, equus, & χάρμη, lætitia, gaudium; uel pugna, conflictatio.

ANNOTATIONES
RENATI GVILLONII
In Grammaticam Græcam Clenardi.

Alpha, Vita, &c. Clenardus pag. 3.

APvd Græcos literæ sunt tm̃ uiginti quatuor: quarũ figuræ, noĩa; & potestas (q̃ tria literis cuiuscũq; linguæ accidũt) deinceps collocant apud Clen. pag. 3. Figura.n. id nec dubiè est, quo certis lineamentis, atque tractibus literæ corpus depingitur. Nomen est ipsius elemẽti appellatio. potestas uerò, literæ ipsius ualorẽ pronũciatione indicat. Multiplex quidẽ certè, & uaria est cuiusque literæ figura, cuius uarietatem colliges tum ex Clenardo, tum ex elementalibus libellis, qui uulgi manibus quotidie teruntur. Idem de earundem nomine, & potestate facito.

Vocales longæ η, ω, Clenardus pag. 4. v. 1.

Capitalis, & primaria omnium literarum Græcarum diuisio est, ut illas findas in uocales septẽ, & in septemdecim consonantes: uocales deinde subdiuidas in duas longas, η, ω: duas breues, ε, ο: & tres ancipites, α, ι, υ. Longæ sunt quæ semper lõgam efficiunt syllabã, nisi quum terminant dictionem, & sequẽs dictio incipit à uocali. Tũc.n. uocales natura longæ, & diphthongi omnes cõmunem faciunt syllabam. Animaduersione igitur dignum, η, ω, in capite seu initio dictionum,

in medijs item dictionibus, in fine dictionũ sequẽte consonãte, perpetuò lõgas esse. Et si contigerit (vt dixi) illas finire dictionẽ, & sequentem dictionẽ incipere a vocali, tum η, & ω, oẽs prętereà diphthongi tam propriæ, q̃ impropriæ (quæ & suaptè natura longæ sunt, haud secus atq; η, & ω) in carmine reddũtur ancipites. Proinde ante uocalem sitæ poetica licentia sæpissime corripiuntur.

Breues vocales, ε, ο, sunt q̃ semper breuẽ faciũt syllabã, nisi extendatur positione. Fit aũt & Græcis, & Romanis positio, qñ post vocales natura breues (cuiusmodi apud Græcos sunt, ε, & ο,) duæ sub sequuntur cõsonantes, vt ἔρκος, septũ, seu vallũ: ὁρμὴ i. eruptio motus impetus: in quibus ε & ο positione producũtur. Et apud Latinos: *Arma, virumque, &c.* Aut qñ lrã duplex, nẽpe, ζ, ξ, ψ, sequitur: quarũ dupliciũ vna q̃libet æquè pollet, atq; duæ simplices cõsonantes, vt infrà σὺν θεῷ docebimus, inter ipsarum duplicium excutiendã potestatem.

Ancipites, siue cões, α, ι, υ, Græcis dñr δίχρονα φωνήεντα, i. bitẽporeæ vocales, quia duorũ sunt tẽporũ, & ancipitis quãtitatis nũc breuẽ, nũc longã cõstituentes syllabã. Nõ hercule in eadem dictione, sed in quibusdã productæ, in alijs vero corruptæ vsurpantur. Dico itaq; α, ι, υ, non ideo vocari δίχρονα, ꝙ ad cuiusuis arbitrium (vt quidam existimãt) in una eademq; dictione & produci, & corripi queant, sed eo modo δίχρονα esse, quo oẽs vocales apud Latinos: ita ꝙ in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur, ut fusius do-

cebimus

cebimus in nostro Enchiridio ad cognitionem accentuum,& quantitatum syllabarum.

Tu rursũ subdiuidito septẽ vocales in mutabiles,& immutabiles. Mutabiles tres,α,ε,ο:q̃ id noĩs sortitæ sunt, q̃a in capite thematis alicuius verbi cõstitutę in verborũ p̃te. mutantur:nẽpe α,& ε,in η:& ο in ω:eodẽ quoq; modo in primo fut.quorundã verborum sextæ cõiugationis,& in thematib, verborũ in μι,si in sexta fuerint formatiuæ. Quid formatiua litera sit,videbis paulò post.Immutabiles quatuor sunt,η,ι,υ,ω:q̃ si in verborũ thematib, fuerint capitales,seu initiales,in p̃t.nõ mutantur.

Diphthongi propriæ,&c.pag.4.v.6.

Ex simplicib.p̃scriptis vocalibus coalescũt,ac cõflãtur diphthongi duodecim.Quæ diuidunt̃ in proprias diphthõgos,& improprias.Proprię sunt sex,quas disces ex Clen.q̃(vt placet Grãmaticis,) ita dñr, q̃ naturalis pronunciatio illos postulet: quippe q̃ eo quo scribunt̃ modo,p̃ferunt̃,aut certè p̃ferri debẽt.Improprię cõtra sic dñr,q̃ pronũciatio naturalis illas non requirat. Tu eas diuides in ἄφωνυς,& κακοφώνυς.Tres sunt ἄφωνι,ᾳ,ῃ,ῳ: q̃ q̃a scribuntur quidẽ,sed nõ proferuntur p̃terq̃ instar simplicium vocaliũ α,η,ω,sine pũctis subtus,quæ polleant iota,meritò profectò diphthõgi hæ tres ἄφωνοι vocitantur, hoc est,mutæ,seu obmutescentes:tu vnica dictione afonas vocares, si dictio Latina cum Græca cõpositionem reciperet. Dñr.n. quasi ἀνδ τῆς φωνῆς,q̃ voce careãt saltẽ diphthongata,vt sic(docendi gratia)dixerim.Tres reliquæ

ηυ,ϛ,ωυ, ob duriusculam, minusq; aurib. delicatis alioqui lenocinanté ipsarũ vocem, non iniuria κακόφωνοι nuncupant, quasi malesonas Dicas. Dũ.n. vt decet proferuntur, durũ quid aurib. insonãt, & nescio quid (vt ita dixerim) Gottichicũ aurib. iniucundũ, si cum suaui, iucundaq; diphthongorũ propriarũ pronũciatione cõferantur, auditus percipit, vt nos aliàs docuimus, & post hac rursum (si Deus permiserit) nos idẽtidẽ viua voce sumus docturi. Commẽtum planè Grãmaticũ est diphthõgus impropria, pſertim illa, q̃ dr̃ ἄφωνος: ptoinde ad pronũciationem nihil spectat Nã Grãmatici diphthongorum mutationes indicaturi, aut certè in diphthongis, alterius vocalis elisionem, eiuscemodi diphthongos inuenerunt, vt sicubi ex ᾳι fiat ᾳ, aut ῃ, vt non parum sæpe fieri assolet, idq; iota eliso; qd tñ qa in diphthõgo propria erat vocalis subiunctiua: vt vocaliũ neutra in alia transmutatione pereat funditus, solét Græci suppingere iota in trib. illis ᾳ,ῃ,ῳ, q̃ qdẽ ex proprijs confluũt diphthõgis. Atq; adeo id factum esse palàm est, ne ignorarent pueri in illa syllaba diphthõgũ desiderari. Q̃nquidẽ autẽ ostendimus ᾳ, & ῃ ex ᾳι coagmentari, eadem ratione ῳ ex οι fieri dicas, mutata breui præpositiua in propriam longam: iota verò, quæ subiũctiua est, suppingatur. Tres enim, non amplius, mutabiles esse vocales paulò antè diximus, α,ε,ο, quarum, q̃cunq; accidat pmutãda vocalis rõ, α, & ε, mutantur in η, & ο in ω. Cæterũ ut de κακοφώνων quoque compositione aliquid

dica-

dicamus, ηυ modò ex αυ, modò ex ευ fieri, sequentib. exẽplis cõprobat: αὐλίζω, ηὔλιζον: εὔχομαι, ηὐχόμην, mutato ε psilo ex diphthongo ευ in η, idq; Atticè, quũ alioqui ευ sit de classe diphthõgorũ immutabilium, vt suo loco sumus dicturi. At ωυ fit ex υ, mutata breui in proṗriã longã. Reliquũ iã est, vt ῳ ondamus ex ω, & ι constare, atq; hanc sibi cõparare figurã, nimirum vt ι affixum ad latus τοῦ ω suo apice pertingat corpus mediũ ipsius ṗpositiuæ, q̃ est ω, idẽ verò ι longius se explicet deorsum. Quæ figura haud dubiè commodior: tametsi chalcotyporum nõnulli voluerint aliã figurã innouatam sic ῳ, subscripto ι videlicet, perinde atq; in ᾳ, ῃ, ῳ.

Vocales præpositiuæ, α, ε, &c. pag. 4, ver. 10.

Est alia vocalium diuisio propter diphthõgos duntaxat recepta, nempe vt in diphthongorum coagmentatione, & coalescentia, aliæ vocalium sint præpositiuæ, aliæ uerò subiunctiuæ.

Præpositiuæ, q̃ quinq; recẽsẽtur, α, ε, υ, ο, ω, ideò hãc nomenclationem adeptæ sunt; q subiũctiuis ṗpositę diphthõgos faciãt: uel q̃a in diphthongo cõstituẽda subiũctiuis ṗponunt. Subiũctiuę verò quas & postpositiuas uocãt, sic dñr, q in cõsuetudine diphthongorũ prępositiuis subiũgantur: vel quia præpositiuis subiunctæ, aut postpositæ diphthõgos faciunt, ut patet in formulis a Clenardo præscriptis. Suntq; duæ duntaxat subiunctiuæ vocales in diphthõgis, ι & υ. Ex prępositiuis una est, vtpote α, quę diphthõgos proprias cõstituit, αυ, αι, & vnã improptiam ᾳ. Verum enimuero ε solas

propriàs diphthongos parit, ει, ᾳ: ο item proprias propagat, οι, ου: η autem, & ω, diphthongos tantum improprias ηυ, ῃ, ωυ, ῳ. Antiqui.n. (nequid silentio supprimam quod sit operæpretium) aut non sup pingebant prorsus iota in diphthongis, ᾳ, ῃ, ῳ, (quem morem adhuc retin erunt Dores) aut cer tè ea vtebantur figura, quam paulò antè depinxi mus ϥ, hoc videlicet modo pingentes αι, ηι, ωι; sed quia & scriptores, & chalcographi in forma earum depingenda sæpius, ac numero allucinaban tur, diphthõgos plerũq; proprias impropriarum vice depingentes, ob id aliud commentum subijt animos eruditorum: nempe vt punctum exile substerneretur, subiaceret ve corpori ipsius vocalis, alioqui præpositiuæ: quod quidem punctum designaret, siue polleret iota. Verumtamen illud esse prætermittendum videtur minimè, videlicet υ non solum subiunctiuam esse vocalem in diphthõgis, αυ, ευ, ου, ηυ, ωυ: sed etiam præpositi uam in diphthongo impropria ϥ, ϥὸς, μϥα, ἅρπϥα, & in consimilibus: quæ innumera sunt, quæque possis ipse venari tibi, legendo classicos autores. Quandoquidem autẽ non ita multo ante vocales diuisimus in mutabiles, & in immutabiles, eadẽ quoque diuisio in diphthongos proprias non incõcinnè cadit; siquidem earum quędam sunt mu tabiles, vtpote αι, αυ, οι: quædam verò immutabiles, nimirum ει, ᾳ, ε: de quarum & trãsmutatione, & statu agemus pluribus cũ Clenardo suo loco, in tractatione augmenti temporalis verborum.

Mutæ

Mutę { Tenues, π, κ, τ, Mediæ β, γ, δ, Aſpiratę φ, χ, θ, } pagina 4. verſu 19.

Diximus paulò antè cõſonãtes ſecundã conſtituere partẽ gñalis diuiſionis literarum apud Gręcos: quę profectò ſubdiuidẽdæ ſunt ĩ mutas, duplices, liquidas, & in σ : & ſic in ſeptẽ vocalib. nouẽ mutis, tribus duplicib⁹, quatuor liquidis, & σ, habes iuſtum numerũ 24. literarum Græcarum. At ſubdiuidere denuò debes mutas nouem in tres tenues, π, κ, τ: tres medias, β, γ, δ: & tres aſpiratas, φ, χ, θ: quæ duob. modis conſiderantur. Priore modo ſic rectò videlicet ordine, π, κ, τ, β, γ, δ, φ, χ, θ: & hoc modo fermè per ſe, & ſine relatione aliarum ad alias expenduntur. Poſteriore autẽ modo illas cõſideraueris ordine in formula propoſita tranſuerſario, nẽpe à ſummo deorſum, ſic π β φ, κ γ χ, τ δ θ: π & φ extremorum cõtrariorũ rõnem obtineãt, haud ſecus atq; albũ, & nigrum apud Philoſophos. Idẽ de reliquis mutis iudicium, nimirũ vt tenues ſp proprijs opponantur aſpiratis: è cõtrario verò aſpiratæ tenuibus, quia naturam inter ſe cõtrariã ſortiuntur: interijciãt aũt medię, ꝙ mediã quendã rõnẽ, & naturã habeant inter vtraſq; extremas, inter tenues videlicet, & aſpiratas.

Tenues, ideò ſic nuncupantur, ꝙ ſine vllo ſpiritu denſo, ac ſibilãte, proferantur. Aſpiratæ contra, quia cum ſpiritu craſſo, denſo, ſpumoſo, & cũ ſibilo proferuntur. Mediæ autẽ, vt diximus, cum vtriſque extremis ita conſentiunt, vt nec prorſus

ſus ſpiritu careant, nec prorſus ad ſpumoſum fla tum aſpiraturum accedat. Iſthæc aūt mutarū op poſitio inter ſe ideò fit, quia aliæ ī alias ſæpiſſimè migrāt, ut facilè conijcere licet ī deductione alio rū temporum, ex alijs in coniugationib. uerborū. Hic obiter notādum, primum ordinem cōtrario rum primam conſtituere coniugationem, ut πω, βω, φω: & ſecundum ſecūdam, ut κω, γω, χω. tertiū item tertiam, ut τω, δω, θω. Hactenus de mutis.

Duplices, ζ, ξ, ψ: pag. 4. ver. 22.

Duplices idcirco dn̄r, quia duarum uim habēt ſimplicium cōſonantium, in eaſq; non rarò expli cātur, & diſſoluuntur, quū ex illis analogicè cōfi ciantur. Atq; adeò tres ſunt, ζ, ξ, ψ: quarum ζ fit ex σ, uel σδ, & in eas ſæpiſſimè reſoluitur, præſertim apud Dores: ut pro συρίζω, & ὄζω, συρίσδω, et ὄσδω ſcribūt Dores: μάσσω. i. pinſo, inde μάζα, quam La tini uſurpata dictione Græca, maſſam uocant. ξ aūt non tm̄ κσ, ſed & γσ, & χσ valet: ut μύσαξ. i. barba mēti: a quo nomine reſoluto ξ in κσ, atque adeò inter utrunq; collocata uocali ο, fit caſus gi gnēdi, & alij pariter obliqui caſus: ut μύσακος, μύ σακι, &c. θώραξ, θώρακος, & id genus alia. Sed ali quando, ut dixi, in γσ explicatur, eadē ratione ſer uata, quæ in κσ: ut ἅρπαξ, ἅρπαγος. Item in χσ, ut θρὶξ, τριχός. Verum enimuerò ψ, ſeruata prætérea ratione ea, quæ in ſuperioribus, diſſoluitur pleriū que in πσ inſerta uocali, ut inde conſurgat obli quus caſus in nominibus: ut Κύκλωψ, κύκλωπος: ὤψ, ὠπός. Aliquando uerò in βσ, interiecta uocali:

ut Αʹ΄ρα⫝, Αʹ΄ραϐος, φλέ⫝, φλεϐός, & aliqñ ĩ φσ. ut σκί-ρα⫝, σκίραφος, & alia eiuſdem modi plurima.

Liquidæ, ſiue Immutabiles, pag. 4. v. 25.

Quatuor ſunt liquidę Gręcis, λ, μ, ν, ρ: totidem Latinis, & eædem aut ſaltẽ eiuſdẽ poteſtatis, l, m, n, r. Sed Græcis præterea immutabiles uocitãtur, quòd non mutentur, migrentve in alias cõſonantes, neque in declinationibus nominum, (ut à τιτὰν, addendo ος, non mutato ν finali litera recti, fit genitiuus τιτᾶνος: ſic δάμαρ, δάμαρτος) neq; in uerborum coniugationibus, ut ⫝άλλω, μ. ⫝αλῶ. νέμω, μ. νεμῶ: in utroq; tempore λ, & μ immotę manẽt: ſed quemadmodũ præſentis, ita futuri literę ſunt characteriſticæ.

Σ omiſſum à Clenardo.

In conſonãtium ſubdiuiſione omiſit σ Clenardus: idq; fortaſſe induſtria, ꝙ non ſit de claſſibus mutarũ, duplicium, aut liquidarum. Non. n. muta eſt, quia neque tenuis, neq; media, neq; aſpirata. Adhæc non duplex quũ non æquiualeat duabus ſimplicibus conſonantibus. Nec tñ immutabilis, quũ in caſu gignẽdi plerunq; mutetur in τ: δ, θ, ut λέϐις, λέϐιτος, μονὰς, μονάδος, ὄρνις, ὄρνιθος. Proinde σ à quibuſdã μοναδικὸν. i. ſui cuiuſdam iuris, ac ſuę poteſtatis, dr: à quibuſdam uerò ἄσημον. i. ſine nota, & ſigno, ꝙ aliarũ conſonantium notas inuſtas habeat minimè: nẽpe ut uel muta dicatur, uel duplex, uel liquida: ſicuti in grege ouium, cęteris ouib. ſignatis, ſi earũ aliqua nó ſit eodẽ, quo aliæ ſigno inſignita, & notata illa uocatur ὄϊς ἄσημος,

quaſi

quasi nulla signatione signatam ouem dicas.

Accentus tres,&c. pag.5.ver.3.

Accentus à verbo Accino dictus,quod accinat dictioni,quã afficit.Huic nomini rñdet Græca vox προσῳδία,à πρὸς.i.ad:& ᾠδὴ,carmẽ,canticum.Est autẽ accentus pronunciandi rõ syllabę accidẽs. Syllabarum porrò aliæ longę,aliæ breues,& alię ancipites:quę pro rõne q̃titatis suæ acuunt' alię, vel grauant',aliæ verò circunflectũtur. Itaq; tres sunt accentus, Acutus,Grauis,& Circunflexus.

'Acutus sic pingitur,',fitq; ex sinistra parte maiusculæ literæ lambda Λ.

Grauis,`,ex eiusdem parte dextera.

Circũflexus ex vtraq;, Λ, aut sic ⌒,ex superiori parte literæ θ:qui & hoc modo ˜ ornandæ potius scripturæ,quam vllius necessitatis ergô notatur.

Nec tãdũ obiter,Gręcos in assignãdis accentib. solitos esse singularũ dictionũ syllabas præpostero,et retroacto supputare:nimirũ incipiẽtesab vltima,à qua fit progressus ad penultimã,& à penultima ad antepenultimã. Vltra antepenultimã nõ retroagitur accentus, neq; apud Græcos,neq; apud Latinos.At in hoc dissident Latini à Græcis, quod Latini,vt propriũ dictioni cuiq; assignẽt accentũ,penultimæ syllabæ dictionis illius quantitatẽ perpẽdũt: vt quũ dñs penultimã habeat breuem, iõ eius accẽtus in antepenultimam retrahit' syllabã.Dicimus ergo, *Bárbara,pyrámidum,síleat,mirácula, Mímphis:* acuendo in singulis polysyllabis declinabilibus vocibus antepenultimam, pp

penul-

penultimā breuē:quę si longa foret, accentū perpetuò retineret:vt meditáris auena. Verūtamē in dictionib.dissyllabis,siue longa,siue breuis sit penultima,(voco aūt illam penultimam,quę anteit proximè vltimā dictionis cuiuslibet syllabā etiā, si prima sit dictionis vt in disyllabis omnib.) eidē penultimę perpetuo insidebit accētus. Exemplū de longa penultima, vt tégmine fági, línquimus árua,léntus in úmbra.De breui,Déus,áqua,mánus,& reliqua cohors disyllaborū id genus.Solæ aūt indeclinabiles voces apud Latinos accentū in ultima syllaba,accipere possunt:cuiusmodi sunt porrò,ergò,maximè,& similes. Vsus tñ ī omnib. frequētior præualeat. Verū enimuerò ultimę syllabæ quātitas apud Gręcos expēdit,atq; adeò pro ratione q̃titatis vltimę assignatur apud eos accētus,nunc in eadem vltima,nūc in penultima,nūc in antepenultima,ut nos docebimus fusiùs in nr̃o Enchiridio ad notionem accētuum. De locis aūt singulis singulorū accētuum id interim, est pręlibandum acutum utpote in dictionibus,tres sedes sibi uēdicare:ultimā,ut θεός:(ὸς.n.ultima syllaba acuitur)penultimam,ut λόγος,ἥρως: antepenultimā,ut τύπτομεν.παράκλητος. Et uerò solus acutus sua ueluti p̄rogatiua antepenultimæ insidere potest.Siquidem circunflexus duas tm̃ sedes occupat:ultimam,ut ποιῶ:penultimā,ut βοᾶτε.Grauis autē,q̃q̃ intelligitur in quacunq; syllaba dictionis cuiuslibet,quæ neque acuitur, neque circumflectitur: nusquam tamē pingitur nisi demum in

ultima

vltima dictionis syllaba, tũ maximè quũ κατὰ συ-
νέπειαν, in cõsequẽtia verborũ, & continuatione
vocũ inter se, q acutus insidebat vltimæ syllabæ di-
ctionis, alia dictione præeunte in structura oratio-
nis mutat' in grauem, vt passim contingere solet,
Acutus attollit syllabam, q̃ afficit, θεός. Circũ-
flexus tardat, vt βοῶμεν. Grauis verò est æqualis pro-
nũciationis tractus, cõisq; tenor his syllabis, quæ
nec acutitonæ sunt, nec inflexæ, vt φιλοσοφίας. solũ
iota acuitur, reliquæ syllabæ graues sunt: &, vt do-
cet Demetrius, καθ' ὁμαλισμὸν ἀναγιγνώσκοντας, i.
legunt' seruata æqualitate pronũciationis. Et q̃a
deforme fortasse fuerit tot apices singulis inscri-
bere syllabis, iõ suis partib. fungens nusq̃ grauis,
nisi loco acuti, in solis (vt dixi) vltimis syllabis, id-
que in cõtextu orõnis, vt Θεὸς ἡμῶν. i. Deus noster.
Illud præterea adijciendum ad extremum vi-
detur, dictionem acutitonam, per se positam, hoc
est, citra complexum orationis, aut etiam in clau-
sula collocatã, quippe quæ terminet sententiam,
acutum perpetuò retinere accentum; nec conuer-
tere acutum in grauem, nisi in oratione perpe-
tua continuetur cum sequentibus alijs dictioni-
bus, sic, ἐστὶν ἀνὴρ καλὸς, κ' ἀγαθὸς: quũ alioqui, &
ἀνήρ, & καλός, & ἀγαθός vltimas syllabas suaptè
natura acuant. Hunc aũt in modum accentus di-
uidas licet, vt dicas accentuum alios dictionum
esse, alios verò syllabarum. Duo sunt accentus di-
ctionum, acutus videlicet, & circumflexus: quo-
rum alterutro quælibet apud Græcos dictio insi-
gnitur

gnitur. Cæterum grauis dr syllabicus, quia in omni syllaba esse intelligitur, quæ neq; acuitur, neq; circūflectitur. Enimuero qui accentus quibusq; dictionib. debeātur, aperiemus quam poterimus luculentissimè in nostro libello de accentibus.

Spiritus duo, Asper, &c. pag. 5. v. 3.

Duo sunt apud Græcos spiritus: asper, siue densus, qui pfixus lrīs maiusculis sic ⊢ pingit, vt ī parte sinistra lræ H ita cōcinnat. Minusculis aut præpositus, sic ʽ, vt pars sit media circuli integri, ac veluti semilunium, cuius cornua explicentur in dexterā: pars vero gibba, & circūferentia in sinistrā: vt ὅμηρος, ἅρματα. Tenuis, siue lenis, cū maiusculis lrīs vocalib. fit ex dextera parte vocalis H, hoc modo ⊣: cum minusculis aūt, sic ʼ, vt sit pars altera circuli integri, aut semilunij cui9 cornua ad sinistrā: circūferentia vero cū gibba parte ad dexterā vergāt: vt ἄνθρωπος, ἀνθηρός. Hactenus exēplis cōprobatū, notas spirituum supra vocales initiales dictionū collocari. Oīs. n. dictio incipiēs à vocali, vel aspirat, vt ἕτερος: vel tenuat, vt ἀλήθεια. Vt aūt in trāsitu nōnihil de pnūciatione quoq; spirituū dicamus, quę haud dubiè silētio ptereunda minimè vr, aīaduertas licet spiritū asperū Græcorum cum suis uocalib. haud secus pferri, atq; ה he literā Hebræorum cū pūctis uocalibus: aut apud Latinos h, q̄ dūtaxat est aspirōnis nota præfixa uocalibus, ut ha, he, hi, ho, hu. Ecōtrario uerò spiritus tenuis Græcorum profertur, ut aleph Hebræorū cum suis motionibus, sine ullo uidelicet spiritu,

flatu've

ſtatu've dēſo,atq; adeò hæſitāte,vt in n *be* in gutture.Vel dicas,tenuē ſpiritū Græcorū proferri eo modo,quo Latini vocales ſuas ſine *b* nota aſpirationis pronūciāt, vt a,e,i,o,u.Nec te male habeat ſtudioſe lector , ꝙ ſinā te hoc loco ambiguū vtro ſpū inſignire vocalē dictionis initialem debeas,ſi tibi calamo ſit admouēda manus. Nō.n.pn̄tis eſt inſtituti atq; operis,ſpirituū regulas tradere(notas,& pronunciationē dūtaxat edere hoc loco in aīo eſt)quia maius ꝑfectò otiū poſtulauerit,q̄ q̄d nobis ī pn̄tia cōtigit.Proinde tu interim,dū mai' nāciſcamur,quo eas peculiari aliquo libello perſtringamus, ipſe multa frequētiq; eximiorū autorū lectione venabere,vt eorū ſpirituum vſum tibi cōpares. Vſus.n.oīum artiū magiſter rectè cōparatus,eas,quas expetis ſpirituum regulas abūdè ſatis ſuggeret. *Conſonans ρ,pag.5.v.12.*

ρ, & υ in principijs omniū dictionū perpetuò aſpirantur,hoc eſt,notant' ſpiritu aſpero, vt ῥώμη ῥιπτέω:ὑιός.ὗς.Quod ſi ρ in medijs dictōn:b. geminetur,prius ρ tenui ſpiritu ſignat',ne ſyllaba illa deſinat in literā aſpiratā:(nulla.n.apud Græcos ſyllaba in aſpiratā deſinit) ρ uero poſterius,q̄a initiū eſt nouæ ſyllabæ, idcirco perinde,atq; in principio dictionis aſpiratur:vt παῤῥησία, i.dicēdi libertas,atq; licentia. At ρ ſimplex unicū've, in medio dictionis corpore neutro duorū ſpirituū ſignari dēt. Quū aūt dixerim nullā apud Græcos ſyllabā deſinere in literam aſpiratā, argutulus aliquis legis huiuſce ꝑuaricator conabitur fortaſſe euertere hanc

re hāc nr̄am ſnīam, atq; ōndere eius qđ dixim⁹ cō trarium: Cui hoc vnū uelim rñſum, Si contigerit duas reperiri aſpiratas in media dictione, ut in ἄφθονος, utrāq; aſpiratā cōiunctim pertinere ad ſe quētē uocalē, Id quod cōpoſitiones plerunq; indicāt: nā in ἄφθονος, α priuās eſt, ꝑ ἀνὰ: (unde ſeorſum proferri dēt, & nō ſequēte aſpiratā) φθόνος uerò itē ſeparatim: ex q̄bus cōponitur ἄφθονος, i. ἀνὰ τοῦ φθόνου, ſine inuidia, ſeu inuidia catens. Idē iudicium de reliquis etiā in appoſitione, ut νύχθ᾽ ὅλην.

Apoſtrophos nota eſt. &c. pag. 5. v. 16.

Ἀπόστροφος, ab ἀπὸ, & à στρέφω, uerto: unde ἀπόστροφος, auerſio. Nota eſt detritæ, ſeu eliſæ, & reiectæ uocalis à fine dictionis Auerſionis. n. nota ponitˀ ſupra locū ablatæ uocalis à fine dictionis pp initialē, capitalēq; uocalē ſequentis dictionis: ut ἐπ᾽ ἐμέ, pro ἐπὶ ἐμέ. Solēt aūt hoc pacto elidi quatuor uocales, quarum in locū apoſtrophi nota ſufficitˀ α, ε, ι, ο, & duæ diphthōgi apud Poetas, αι, οι. Eliditˀ & η per apoſtrophum licētia poetica apud Homerum in catalogo nauiū: ubi in exēplari Aldino ſic habet, Τληπόλεμος δ᾽ ἐπεὶ οὖν τράφ᾽ ἐνὶ μεγάρῳ, εὖ τυκτῷ. i. Tlepolemus autem poſteaq̄ educatus eſt in palatio affabrefacto. In quo uerſu τράφ᾽ pro ἐτράφη poſitum eſt, ut docet uetus interpres Græcus. Notam autē apoſtrophi ſic ᾽ deſcribas, depingaſque oportet, ut ſit dextra pars circuli ad ultimam conſonantem appoſita, qua oſtēditur parti orationis deeſſe ultimam uocalem. Ex hac autem apoſtrophi deſcriptione conſtat eam tenuis ſpiraculi figuram

guram habere. Verum in hoc differunt, q signũ spiritus tenuis, in principijs dictionum a uocalibus incæptarũ ponitur: apostrophi uero nota insidet literæ finali, index utiq;(ut dixi) uocalis, uel diphthongi in calce reuulsæ, ut ἀρ' ἔτως.

Quæ si aspiretur, &c. pag. 5. v. 18.

Notabis hoc loco mutam tenuẽ π, κ, τ, & in cõpositione, & in appositione manere tenuem, nec cõuerti in ꝓpriã aspiratã ante uocalẽ capitalẽ sequẽtis dictionis affectam spiritu tenui. In appositione, ut πάντ' ἔλεγον: ĩ cõpositione, ut κατάρατος. Quòd si uocalis sequẽs aspiret, tenuis muta finalis præcedẽtis dictionis migrabit in ꝓpriã aspiratã, φ, χ, θ: quia oĩs tenuis muta ꝑpetuò cõcipit aspirõnẽ sequẽtis uocalis, ut νύχθ' ὅλην. Et quia appositio est, non cõpositio, ipsa uocalis sequẽs suam ẽt retinet aspirationẽ, quã in cõpositione perderet, seu abijceret, vt ĩ καθάπτομαι, ἀφαιροῦμαι, & sĩbus.

Ὑφὲν. i. subunio, nota est, qua utimur, quũ duas dictiones natura diuisas cõiũgim⁹; ut ὅπωσ-οῦν: uel malè diuisas cõiungit, hoc modo, Pauca in conuiuio lo-quere: uel cõspicit-ur sus, conspicitur sus.

Ὑποδιαστολὴ, i. subdistinctio, est nota, qua non cohærẽtia discernuntur: uel distinctio est, quæ syllabas malè cohærẽtes separat, sic, τό, τε, ὅ, τι. aliud enim significat τότε, & ὅτι.

Latini inter declinandum, &c. pag. 6. v. 17.

Ἄρθρον Græci articulum uocant, & (ut autor est Moschopulus) deducitur ab ἀρτάω, quod est coapto, compingo, & cohærere facio: quod hoc

articulo mẽbra oronis coaptent,cohæreant inter se,& cõpingãtur:noĩum præterea,& casus,& genera dignoscantur. Minutissima quidẽ certè oronis particula est articulus,sed eiusmodi,ut si eam tollas,nihil aptum,nihil integrũ, nihil sonaueris decens. Quemadmodũ.n. hæc corporis nr̃i moles articulis roborãt,uegetat, & cõpingitur:sic articulis oronis partes alioqui dissitæ, & discriminatę,cõpĩgunt. Idioma aũt Romanũ articulos ignorat:quippe qđ ne uoce quidẽ ulla Grecorũ articulum exprimere,ac reddere queat. Cæterũ, ꝙ Grãmatici Latini noĩum declinandorũ casib. præfixerunt. Hic,hæc,hoc,id nec dubiè docẽdi gratia fecerũt,nõ ꝙ Latinus sermo illos hr̃et articulos. Gallicus sermo articulos ẽt hẽt: atq; adeo Græcanici articuli vim exactè noueris ex idiomate Gallicano:ut si Grecus dixerit, ἡ ἐσθὴς τοῦ Πέτρου, Gallus suo idiomate sic reddet, *la robbe de Pierre*. Romanus uerò,uestis Petri,sine expressione articulorũ; & Græcanicorum, & Gallicanorum a superiore oratione Græca exime articulos ἡ,& τοῦ,nihil decẽtius sonabis, q̃ si dicas Gallicè *robbe Pierre*, sine articulis *la*,& *de*:id qđ ineptum prorsus apud Gallos fuerit. Nõ perpetuò tñ emphatica erit apud Græcos particula articulus:sed aliqñ addetur,aliqñ uero detrahetur,uenustandæ orationis grã. Vt aũt res ponatur ab oculos,dicemus articulos Gallorũ a nonnullis notas casuũ non omnino ineptè appellari. Eas autẽ docendi grã sic proponemus. Articulus masculeus, singul. apud Græcos est ὁ

qui à Gallis exprimit hac voce *le*: vt ὁ *δεσπότης*, *le seigneur*. Fœminĕus artic. ἡ Græcè, *la* Gallicè; ut ἡ *δέσποινα*, *la dame*, & in numero multitudinis vtriusq; gn̄is dicimus Gallicè *les*: vt οἱ *δεσπόται*, *les seigneurs*, αἱ *δέσποιναι*, *les dames*. Galli cū Hebræis carēt articulo neutrius generis: sed pro eo vtriq; vsurpant masculeum. Articuli aūt Gallorum exprimentes articulos casus gignendi Græcorū, habita tn̄ rōne gn̄is, & numeri sunt, *de*, *du*, *des*. Dandi casus, *a*, *au*, *aux*, & sic deinceps. Enimuerò eadem ferme in oībus est Gallis cū Græcis, & constructio, & loquēdi ratio. Proinde vtranq; alteram vtpote cum altera, conferas, vt ex energia vnius, alterius vires non ægrè agnoscas. Musa quidem certè Romana, quanquam apud se superba, & elegans, tn̄ non perinde facilè cum Græca conferri potest.

Prima est in ας masculinorum, &c. pag. 7. v. 5.

In ea fuit hæresi Clenardus, vt quorūdam neotericorum opinionē sequutus, putauerit quædam noīa in ης primæ declin. esse cōis gn̄is. Ego verò frequētiorē vsum iugiter approbans facilius subscripserim opinioni Theodori Gazæ, & Demetrij Chalcōdilæ, aliorumq; priscorum, ac primariæ classis Grammaticorum, qui oīa primæ decli. noīa, siue simplicia sunt, siue composita, siue deriuata, sub vtraque terminatione, ας videlicet, & ης masculea esse censent, vt oīa scdæ sunt fœminea. Quòd si a nominib⁹ primæ fœminea deducere velis tu illa ex prima, q̄ propria masculinorum tm̄, deriuabis vel in secundam, uel in quintam, prout

nomini

nominí congruet magis,& quadrabit vel secunda,vel quinta: ut ὁ δικαστὴς ȣ, ἡ δικάστρια, τῆς δικαστρίας: ὁ ψάλτης ȣ, ἡ ψάλτρια ίας: ὁ πολίτης ȣ, ἡ πολίτις πολίτιδος: ὁ δεσπότης ȣ, ἡ δεσπότις ότιδος, & δέσποινα οίνης: παρακοίτης ȣ, ἡ παράκοιτις παρακοίτιος. Tu idem de reliquis iudicato,atque obseruato legẽdis autoribus nominatissimis.

Dualia & pluralia,&c.pag.7.v.18.

Articulus fœmineus dualis numeri est τὰ, ταῖν: pluralis, αἱ, τῶν, &c. Vbicunq; hẽt τ literã capitalẽ,aut supra vocalẽ initialem spiritũ asperũ:tu inde vtrũq; detrahito: habebis singulas καταλήξεις singulorũ casuum dualis, & plur. numeri noĩum oĩum primæ inflexionis.Qñ ergo dicit Clenard. Conueniunt cũ articulo,nõ pñt cũ eo nisi terminatione tm̃ conuenire. Iam verò oculos deflecte in elenchũ declin. in quo ab autore præscribitur tibi formula inflectendorũ per singulos,& numeros,& casus noĩum oĩum huiusce classis primæ.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum,&c.pag.8.v.9.

Quæ noĩa secundę inflexionis desinũt in α,illa formant genitiuos,mutato α in ης, ut μῦσα, μῦσης. Excipe inde hñtia δ, θ, ρ, aut uocalem ,diphthongum've pro lr̃is characteristicis; qa eiusmodi oĩa retinent α finalẽ recti in obliquis omnib.immutabilẽ,ut μαῖα, μαίας, ᾳ, αν. Reliqua exẽpla repetas ex Clenardo. Siquidẽ aũt dictio oĩs apud Gręcos suã hẽt characteristicã.i. formatiuã, figuratiuam've. Nec dubiè illã uoco characteristicam dictionis literã,siue uocalẽ,siue consonantẽ,quęcunq; proxi

mè anteit vocalem illius dictionis finalem.

A præterea purum vocat Clenardus, q̧ vel vocalē, vel diphthongū ante se hēt pro figuratiua. Quia omnis litera, imò & syllaba, apud Græcos pura dicetur, quæ habuerit ante se vel uocalē sim simplicem vel diphthongum pro characteristica. Quod si habet consonantem, dicetur impura.

Dualia & pluralia, &c. pag. 8. v. 19.

Neutra tertiæ in duali, & plurali sequuntur terminationem articuli neutrius generis eiusdē numeri. Masculea aūtē, fœminina, & cōia sequuntur terminationem articuli masculei inter declinandum. Et ex tertia Græcorum declinatione fluxit secunda Latinorū. Tu iā perpende elenchum formularum declin. tertiæ ab autore tibi propositū.

Quarta declin. Atticorum, &c. pag. 9. v. 7.

Non soli Attici, sed & Dores nomina in hac quarta declin. inflectunt, quam ex tertia (in qua lingua cōi declinantur) in hanc quartam, quæ ipsorum est propria deriuant, conuertentes vbiq; ο tertiæ in ω, ut ex tertia conficetur quarta. Reliquas mutationes diphthongorum οι, ου. & neutrorū pluralium in ω, ex α tertiæ, discito ex Clenardo.

Quintæ declin. imparisyl. pag. 9. v. 21.

Quū uariæ sint terminationes nominū quintæ decl. ex illis haud dubiè numerosis gtīuus, alioqui supra rectū excrescēs, in ος, perpetuo desinit. Vbi aūt genitiuū ex nominatiuo formaueris, eiusdē genitiui lrām figuratiuā ppēditio, q̄a q̄ litera characteristica est genitiui singularis, eadē perdurabit

figu-

figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscun que sint generis nomina, & numeri, prꝗterquam in datiuo plurali, in σι, vel actu, vel potẽtia perpe tuò desinẽte. Cęterum ex hac quinta Græcorum facta est tertia Latinorum.

Quod si tum penult. pag. 15. uer. 15.

Quãta est penultima datiui singul. nominum quintæ inflexionis, tanta esse quantitate debet, & datiui pluralis penultima. Nam si longã penultimã siue natura, siue positione habuerit singul. datiuus, penultimã quoq; extẽdet datiuus pluralis, eo quo docet modo Clenar. in hñtibus, δ, θ, ν, τ. pro indicib. datiui singularis, in eoq; positionem facientibus. At breuis penultima singul. datiui, breuis quoq; manebit in plurali datiuo, qui tamẽ semper à suo singulari, eo, quo docet modò Clenardus, formatur. Exempla liquidò cõstant ex verbis ipsius autoris: tu ex eo illa expiscare.

Illa in ηρ, quæ syncop. pag. 15. uer. 22.

Noĩa in ηρ, quæ inter declinãdum syncopẽ pa tiuntur, à datiuo sing. syncopẽ passo datiuũ plur. posito σ ante ι, formant: sed ad vitandum κακοφωνίαν, quę fit ex concursu tot consonantium malè, duriterque inter se cohærentium, interseritur α. exempla id probantia reperies plurima apud Clenardum: quæ ex eo ipse in tuũ vsum depromito.

Atque hæ quidem decl. pag. 15. uer. 26.

Decem sunt apud Græcos nominum declinationes, quæ diuiduntur in quinque declinationes nominum simplicium, hoc est, simplici formula,

& sine vlla cõtractione declinatorũ, & in quinq; cõtractorũ noĩum inflexiones. Intelligas tñ oportet, quinq; ordines cõtractorum ortum ducere à quinta simpliciũ inflexione formãte genitiuũ in ος purũ, & reliquos itẽ casus in terminationẽ purã. Contracta noĩa sunt ea, q̃ vel synæresin, vel crasin patiunť: & ob id à Gręcis illa ἐμπαθῆ, hoc est, passa, seu affecta vocitantur: alia verò, q̃ vtpote superius tradita sunt, & ἁπλᾶ, & ἀπαθῆ. i. simplicia & impassa, nominãtur. Et, vt quod res est summatim dicam, nulla neq; noĩa, neq; verba dñr cõtracta, nisi quatenus passa sunt, vel crasin, uel sinæresin: ita ut in nominib. voces oẽs in contractæ sint planè quintę simpliciũ nominum declinationis: vbi verò receperunt cõtractionem, tum fiunt alicuius classis cõtractorum nominum. Idem de verbis iudicium, ut suo loco fusius aperiemus.

Est autem synæresis, duarum uocalium seruatarum in unam diphthongum contractio, & coalescentia: ut quum ει in ει, οι in οι, αι in ᾳ contrahuntur, ut ὄρεϊ ὄρει, λιτοϊ λητοῖ, γήραϊ γήρᾳ Etymon autem sic habet, vt deducas à σὺν, cum: & αἱρέω, & per crasin αἱρῶ, capio, traho.

Crasis uero est duarum uocaliũ, uel uocalis, & diphthõgi mutatarum, in unã uocalem, uel diphthongum, commistio: ut in his, ἀληθέος, ἀληθοῦς: ἀληθέα, ἀληθῆ: ἀληθέοιν, ἀληθοῖν, in quibus εο in ου, & εα in η, & εοι in οι miscentur, & contẽperantur. Dicitur autem crasis à uerbo κεράννυμι, cuius preteritum actiuum est κέκρακα, per syncopen, pro κεκέρα-

κέρακα: vnde passiuũ κέκραμαι, à cuius scda perso na, videlicet κέκρασαι, fit verbale κρᾶσις, i. mistio, cõmistio, temperatura, vel temperamentum. κεράννυμι, et κεραννύω significat misceo, & tempero.

Animaduertes porrò omnem synæresin, & cra sin fieri perpetuò, vel ex duabus vocalibus breuiuibus in longã, vel vocalẽ, vel diphthõgum: vel ex breui, & longa, & semper in lõgam. Quod si con tingat longam precedere breuem, nulla inde fiet cõtractio, nisi rarissimè apud Poetas, vt nos fusius in nostro Enchiridio ad notionem accẽtuum, & quantitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi deprome ex Clenardo. Fuerit enim non difficile, præsertim industrio, & ingenuè nato.

Prima decl. &c. pag. 16. ver. 14.

laude versari possis. Neq; tñ stultorum mores plus valere debent, q̃ prudentũ industria. Quin potius errãtes in viã reducere cõuenit, & grassãti latius malo pñtaneũ remediũ afferre. Quapp iã nuper Institutionib. in linguam Græcã æditis, vbi quicquid eò pertineret, breuiter præcepi, operæpretium me facturũ esse credidi, si discipulorũ infirmitati, & temerariæ illorum sedulitati curã, consiliumq; pro virili parte præberem qui sursum, ac deorsum citra delectũ varijs lectitãdis auferuntur multarũ quidẽ horarũ iactura, sed fructu exiguo, atq; aĩum induxi, vt libellũ aliquẽ rudi Minerua cõscriberẽ, vbi Græcarũ literarũ cãdidatis, tanq̃ vocem præceptoris viuã imitarer: vt hr̃ent qui iã rudimenta p̃cepissent quid sequi; quid fugere deberẽt. Delecta siquidẽ epistola Diui Basilij, nihil intactum reliqui, ꝙ ad istas minutias pertineret, q̃ primò discenda essent, q̃ cõtra in p̃sens omittẽda, & in posterum se ponẽda, q̃ potui fidelissimè cõmonstraui. Neq; ab hoc instituto duxi alienius esse, verbulis singulis anxia quadã, & barbara superstitione suũ addere interpretamẽtum, nihil veritus, ne in calumniã raperetur, ꝙ paruulis, & balbutiẽtib. ipse quoq; me balbũ prę̨stitissem. Subdidi tñ suã vnicuiq; sñĩæ versionẽ Latinam, vt eam edidit Budæus: partim ne quis nostris modò conspectis, ineptam, & illatinam interpretationẽ (vt ę̨quum est) irrideret, partim vt collatis inter se se linguis, propria vtriusque phrasis agnosceretur. Placent alijs alia, mihi hæc visa est epistola mirũ

in modum idonea, q̄ per oẽs (ut ita dicã) syllabas exacte, & diligenter excuteretur: ppea ꝑ præter elegãtissimã dictionẽ, & dignã uiro graui uenusta tẽ, optimis monitis Christianos mores cõponit: sine quibus perniciosum est qcquid usquã literarũ ediscit. Proinde cui in animo sedet nostro cõsilio uti, vbi summã Grãmatices cõpẽdio paruo fuerit assequutus, noĩum, verborumq; inflexionibus quãtum sat erit degustatis, statim has legat meditationes, neq; alio se cõuertat, priusquam totam epistolã pertractauerit, & pensiculando, uestigandoq;, sic locis oĩbus rõnem a se ipse postulauerit, vt citra morã quicquid occurrerit diluere possit: nihil inde proferatur, vel minimi mométi, qđ nõ ad suum thema, tanq̄ ad originem referre queat. Nam eiusmodi exercitatio unum aliquẽ in libellum conferenda est, ne perpetuò ad eãdem reuoluãre molestiam. Sed iã exposita propositi nostri ratione, Basilium ipsum loquentem audiamus: cuius est epistola ad hunc modum inscripta:

Ἐπιστολὴ τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν θεολόγον, περὶ τῆς κατ᾽ ἐρημίαν διαγωγῆς.

Epistola magni Basilij ad Sanctum Gregorium Theologum, de vita in solitudine agenda.

Secesserat uero Basilius in Põtũ: nactusq; locũ cõtemplationi appositũ, eũdẽ Gregorium pellicere studuit, missis ad eũ lr̃is, in quibus amœnitatẽ secessus graphicè depingit, & laudat. Quumq; respõdisset regionis indolẽ non magnopere spectã-

dam

dam vbi de lucro pietatis ageretur, & simul videretur istiusmodi illecebris non adducendus, vt ipse quoque in Pontum migraret: ibi Basilius occasione oblata, pulcherrimam rescripsit epistolam, quam sic auspiciatur.

BASILIVS.

Ἔγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιγινώσκουσι.

VERBVM VERBO REDDITVM.

AGnoui tuam epistolam, vt qui amicorum proles ex apparente in eis similitudine ad parentes agnoscunt.

INTERPRETATIO BVDÆI.

SIc autem epistolam agnoui, vt ij facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspicua agnoscunt.

SCHOLIA.

HVnc vertendi ordinem ad finem vsq; seruabimus, & vbique adiectis scholijs quoties opus erit ad nr̃as institutiones lectorem remittemus, adscripto paginæ numero, eoq; minimè falláci. Nā̃ tametsi superiore anno, & fermè primo ab editione, supra quatuor millia excusa sint exéplaria: tñ̃ sedulò curatum est, vt omnes libri paginis inter se conuenirent. Quod si quando præsentis opusculi locum citauerimus, Suprà vel Infrà ante pag. addemus additis & numeris. Hęc igitur præfati, Meditationes Græcanicas incipiamus.

Vox epistolæ prima est Ἐπέγνων) γινώσκω, i. nosco. compositum autem ex præpositione ἐπὶ est ἐπιγινώσκω, hoc est, agnosco. secundus aorist. actiuus verbi, γινώσκω, est ἔγνων, à verbo in μι tertiæ coniugationis, γνῶμι, cuius fut. primum est γνώσω: à primi-

primitiuo themate γνόω.unde secũdus aorist.actiuus, ἔγνων, vt δίδωμι, fut. δώσω, aorist. secũdus ἔδων: cuius formationẽ quære in Institutionib.p.73.v.7.Sic à γνῶμι, fut. γνώσω. aorist. secundus ἔγνων. cõpositũ ἐπέγνων, ex præpositione ἐπὶ, & ἔγνων. Abijciunt.n.præpositiones vltimam vocalem, quoties præfiguntur uocalibus, pag.23.uer.15.

Σου τὴν ἐπιστολὴν) σου, genitius est pronominis primitiui secundæ personæ, σὺ, σοῦ. tu, tui, &c. Vsurpant uerò Græci genitiuos primitiuæ speciei, ubi Latini per possessiuum loquuntur, tuam epistolam dicentes, non tui epistolam: illi autem, σοῦ τὴν ἐπιστολήν: quamquam & possessiuis utantur ἐπιστολὴν τὴν σήν.

Ἐπέγνων σου) ex encliticis est σου, ideoq; destituitur proprio accentu, pag.121.uer.7. Enclitica uerò non semper accentum remittunt in præcedentem dictionem, sed quandoque solùm ipsum amittunt, Ἀτρείδης τε, πάρος γε: sic ἐπέγνων σου. Id quando fiat, sensim ipse obseruabis. Reperies, σῶμά σου, non autem λόγός σου, rectè tamẽ διδάσκαλος σου, σώματά σου. Nã uocabula προπερισπώμενα, i. quæ penultimã circũflectũt, aut προπαροξύτονα: i. quæ acunt antepenultimam, ea dictionis encliticæ suscipiunt accentum: nõ autẽ παροξύτονα, id est, quę acuunt penultimã: tametsi quod ad accentum pertinet securum adhuc esse præstat, neque multum de his rebus angi, priusquã in declinationib. & cõiugationibus probè uersatus fueris, & casuum, ac temporũ terminationes exactè

per didiceris. Tum deniq; ad accentus rationem ueniendum erit, & in eo dieb. aliquot cõsumenda meditatio reliquis omnibus omissis, s. vt ex aĩo, & seriò, quod agendũ est agas: quandoquidem re ipsa comperi, plerosq; in his literis, quũ plurimũ tẽporis cõtriuissent, tñ vix tandẽ ad eã frugẽ peruenisse, ut iustam Grammatices cognitionẽ nacti essent, non aliam ob causam, nisi ꝙ statim omnia simul nosse voluerint, & nulli tñ rei totos sese dedere. Atq; illud uel maximè linguis prouehendis impedimẽto con seuit esse, dũ viri alioqui boni, sed è quorundã moribus hæc studia æstimant, putantq; linguis singulis seculũ esse tribuendũ, quũ tamen, si quis recta ratione rem instituat, non modo Græcam & Hebræam, sed & Chaldæã, & Arabicã ita nosse possit, ut reliquis disciplinis pcipiẽdis nihil prorsus officiant, sed maximè prosint. Proinde vt ad nostrum institutũ recurrat oratio, sic formari velim discipulũ, vt primus labor impendatur declinationib. & coniugationibus, etiã neglectis accentibus, nisi si quid obiter suapte industria notarit: deinde se in autore quopiam exerceat, & singulas minutias excutiat, quemadmodũ in epistola pñti facere cæpimus. Vbi hoc scopo sibi proposito iã istã partẽ satis assecutus erit, mox alterã curã suscipiat, de accẽtib. aut de syntaxi, dissimulatis interim illis, quæ huc nõ pertinẽt. Itaq; suaserim, libellũ aliquẽ huic exercitationi designatũ non semel tm̃ euoluere, verum toties à capite ad calcem vsque perlustrare, quoties nouã

pro-

prouinciã capessas. Ita.n.futurũ est, vt & vetera, q̃ iã didiceris relectione cõfirmẽtur, & alius præsenti negotio detentus minus distrahatur alienis.

Τὴν ἐπιστολὴν) τὴν accusatiuus fœmininus articuli præpositiui, ἡ, τῆς, τῇ, τὴν. Adhibent autẽ articulum fermè singulis dictionibus interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus causa. de quo pag. 79. v. 13.

Ἐπιστολὴν) accusatiuus singularis, ἡ ἐπιστολή, secũdæ declinationis, vt ἡ τιμή: τὴν ἐπιστολὴν, vt τὴν τιμήν. Articulus additus facilè commonstrat nominum genus, numerũ, & casus. Quod si defuerit, adhibito Lexico planum fiet. Nam cæteri casus cum nominatiuo principalem syllabã habẽt eandem. At in verborum temporibus alia est ratio, propter augmẽtum. Quum verò dicatur ἐπιστολή, & ἐπιστολὴν accẽtu acutò, hic grauis positus est τὴν ἐπιστολὴν. Dictiones enim acutæ nisi ponãtur in fine periodi, vt sententiã claudant, mutant acutum in grauem ob consequentem dictionem pag. 118. v. 16.

ὥσπερ) vt, quemadmodũ: similitudinis aduerbium: idẽ significat ὡς. Est.n. in plerisq; περ adiectio syllabica, vt etiam in articulis subiũctiuis, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, pa. 79. v. 8. Nemo vero sibi molestiam asciscat in memorãdis aduerbiorum varijs significandi modis, aut coniunctionum potestatibus: vt norit quas expletiuas dicere debeat, quas rationales, aut casuales. Illud pro partibus orationis, quas vocant indeclinabiles, satis fuerit,

ut quando occurrent in autoribus significationẽ & usum obseruet.

Oἱ)qui articulus subiunctiuus, functus officio relatiui, p.78.v.17. quod si scribatur sine accẽtu οἰ,præpositiuus erit: qui non conueniet verbo ἐπιγινώσκουσι,sed participio οἱ ἐπιγινώσκοντες,ideſt,agnoscentes,at οἱ ἐπιγινώσκουσι,qui agnoscunt.

Τοὺς τῶν φίλων παῖδας) amicorũ liberos.Inter articulum dictionis regentis, & ipsam dictionẽ regentem, eleganter collocatur dictio recta, cum suo articulo,τοὺς παῖδας τῶν φίλων, liberos amicorum.τοὺς τῶν φίλων παῖδας,amicorum liberos. Sic reliquæ particulæ,vt prępositio cum casu,aut aduerbiũ,venustè ponuntur in medio, τὸν μεθ' ἡμῶν βίον,τοὺς οὕτω καθιζόντας:cuiusmodi sunt apud Latinos,vbi inter adiectiuum & substantiuum quippiam interseritur, Tẽperatum orationis genus, Summam doctoris autoritatem,&c.

Τῶν φίλων)articulus indicat esse genitiuũ pluralẽ a nominatiuo tertiæ declina.ὁ φίλος,amicus, vt,ὁ λόγος, τῶν λόγων:τῶν φίλων. Sẽper verò genitiuus pluralis desinit in ων in omni declinatione, ideoq; inde certum nominatiuum non licet colligere,nisi consulto lexico,aut præceptore.

Τοὺς παῖδας),ples liberos. ὁ,καὶ ἡ παῖς,τοῦ,καὶ τῆς παιδὸς,quintæ declina.Accusat. pluralis τοὺς παῖδας,accẽtum hẽns in priori syllaba, quũ tñ genitiu⁹ παιδὸς, ultimã acuat,de hoc p.116.v.29.Cur ẽt παῖδας circũflectatur, non aũt acuat,dicendo παίδας,notatum est,p.116.vers.1.in ἑστὼς,ἑστῶτος.

Ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης) ἐκ, & ἐξ, idē significant: sed hoc ante vocalē, ἐξ αὐτοῦ, ex ipso: illud ante cōsonātem, ἐκ πατρὸς, ex patre. Præpositionū significata, regimen, & vsum disces optimè legendis auctoribus, & doctorū interpretationib. quales ętate nr̃a duos insignes vidimus, auctorē Adagiorū, & Budæū. Quòd si cui libebit alieno magis frui labore, nō habeo consiliū expeditius, q̃ vt ipsius Budæi cōmentarios, vbi de pręposítionib. accuratissimè scripsit, diligēter perlegat, præsertim si iā in literis grandior sit, & plusculū nactus fuerit iudicij. Alioqui infirmioribus, & rudib. cōmodū erit Lexicon illud quod nuper Parisijs excusum est opera Gerardi Morrhij; q sedulò studuit, vt iuuentus in prōptu posita haberet, & suo loco, non mō quę tradidit Budæus, verū ēt quæcunque ex aliorum monumentis apiculæ in morē collegit.

Ἐπιφαινομένης) φαίνω, cōpositum ἐπιφαίνω, ostendo. Passiuum ἐπιφαίνομαι, ostendor, appareo, reluceo, & conspicuus sum. Nā crebrò passiua Græcorum reddimus per Neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem, diuerso nominare contingat idiomate, tamen quæ vocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, genus, numerus, figura, & huiusmodi, ea non semper conueniunt: ut nos dicimus in plurali, diuitiæ, diuitiarum, illi singulariter, ὁ πλοῦτος, τοῦ πλούτου: nos deponenti uoce Furor, illi uoce actiua κλέπτω. Sic non mirandum, si quum illi dicant ἐπιφαίνομαι, sub uoce passiua, nos interpretemur

non solùm ostendor, siue videor; sed etiã appareo, reluceo, & et per circumlocutionem, cõspicuus sum. Igit ab ἐπιφαίνομαι fit partic. ὁ ἐπιφαινόμενος, qui ostẽditur apparens: aut, si per nomẽ reddere velis conspicuus. Fœmininum ἡ ἐπιφαινομένη, secundæ declinationis genitiuus τῆς ἐπιφαινομένης.

ἐν δ' ἐπιφαινομένης αὐτοῖς) apparẽte in ipsis, composita regunt casum præpositionis: ἐπὶ datiuo iungitur, significans idẽ quod In: proinde verbũ cõpositum datiuũ habet, ἐπιφαίνομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis: nam absurda fuerit imitatio, Inappareo ipsis, quod verbũ Latinus non agnoscit. Quo factum est, vt in versione præsentis epistolæ non sic verbum verbo reddere potuerimus, quin interdũ cogeremur minus esse inepti, dum saltem Latinis vocibus vti studemus: etsi peculiarẽ linguæ phrasin neglexerimus. Ideo vertimus, Apparente in ipsis, non autem Inapparente ipsis.

αὐτοῖς) datiuus pluralis pronominis αὐτός, de quo pag. 77, v. 10.

ὁμοιότητος) ὅμοιος, similis, ἡ ὁμοιότης similitudo, τῆς ὁμοιότητος. A dectiua in ος, formant substãtiua fœminini generis in ότης, quorum genitiuus in ότητος pag. 13. versu 9.

ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας) obseruabis dictiones, q̃ significãt cõuenire, consẽtire, similẽ esse: aut contra, diffidere, dissentire, pugnare, &c. præpositioni πρὸς adiũgi. Exẽpla notabis vbi inciderint.

Πρὸς τοὺς τεκόντας) p̄positio πρὸς cũ accusatiuo.

τοὺς τεκόντας) τίκτω, pario: secũdus aorist. ἔτεκον;

ab

ab inusitato verbo τέκω: ab ἔτεκον particip. ὁ τεκὼν τοῦ τεκόντος. Accusatiuus pluralis τοὺς τεκόντας, i. eos q genuerũt, aut pepererũt. nẽpe parentes; qđ tñ est nomen, non participium. Habẽt aũt Græci in oĩbus verbis, oĩum temporũ participia, Latini non item. Quum sit igitur τεκόντας participiũ aoristi secundi, & significet præteritum, necesse est nos circuloqui per verbum, & relatiuũ, τοὺς τεκόντας, eos qui genuerũt. Nã à verbis actiuis, vt sunt, pario, gigno, non fiunt participia præteriti tpis. Ideoq; si velimus adhibere periphrasin, & tñ vna tm̃ voce reddere, vel rationem tpis negligimus, et vtimur participio præsenti, gignentes, parientes, aut eius loco nomẽ ponimus, parẽtes, genitores. Idẽ facito in cæteris: vt si qñ Latinũ participium eiusdem tpis non reperiatur, inuenias nomen, qđ saltẽ significatione cõsentiat: sicut a verbo κτίζω, futurũ κτίσω, aoristus primus ἔκτισα, participiũ ὁ κτίσας, qui creauit, pro quo vertẽ creatorem.

Ἐπιγινώσκουσι) agnoscũt, tertia pluralis ab ἐπιγινώσκω.

BASILIVS.

Τὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι τὴν τοῦ τρόπου κατασκευὴν πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι ὁρμήν τινα τῇ ψυχῇ σου εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, πρὶν ἂν περὶ τοῦ τρόπου τι μάθοις, καὶ τῆς διαγωγῆς, σοῦ ἐστιν ὄντως τὸ διανόημα, καὶ τῆς σῆς ψυχῆς τῆς πάντα τὰ τῆδε μηδὲν τιθεμένης πρὸς τὸν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένην ἡμῖν μακαριότητα.

VERBVM VERBO REDDITVM.

Nam haud magnum esse dicere loci structuram ad ingene

randum impetum aliquem animo tuo, ad eum nobis vitã, priusquã de modo aliquid didiceris, & conuersatione; tuus est reuera sensus, & tui animi, omnia hc nihil faciẽtis, præ in pollicitationibus reposita nobis beatitudine.

INTERPRAETATIO BVDAEI.

Nam quod existimare te ais, magnopere non referre habitũ, structuramq; loci, ad ciendum in animo tuo desiderium vitæ nobiscum agendæ, antequam compertum quippiã habeas de modo, & ratione vitæ nostræ, tuus hic est profectò, animiq; tui sensus, qui huius mundi bona prorsus nihili esse ducas, prout est beatitudo, quam reconditam in diuinis pollicitationibus habemus.

Τὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι, &c. Sic ordina, τὸ φῆσαι, τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν μὴ μέγα εἶναι, id est, dicere loci structurã non magnum esse, hoc est, nõ multum habere momẽti. Cæterum articulus, τὸ, iungitur infinitiuo φῆσαι, tãquam nomini. Siquidem infinitiuus, siue solus, siue cũ casu, nominis vice fungitur, idq; in neutro genere: & hoc loco tanquam nominatiuus habetur.

Γὰρ) enim, nunq̃ primum locum sibi in oratione vendicat, ideoq; vertimus per Nam: propterea q̃ Latini pro articulo τὸ nihil habent quod ponant, nisi dicãt, τὸ γὰρ φῆσαι. Ipsum.n.dicere: aut, Id enim, nẽpe dicere: ut capiamus articulum præpositiuum pro pronomine demõstratiuo.i. τὸ pro τοῦτο. siquidẽ hoc interdũ fit: p.78.v.27. Alioqui si articulum suo more capias, quum nihil Latinè respondeat, turpe foret dicere τὸ γὰρ φῆσαι. Enim dicere: quapropter vertimus, Nam dicere.

Μὴ μέγα) nõ magnum. μὴ, non. Alia significata in præsens omitte, & suo loco discenda ducito.

Μέγα) magnum adiectiuum neutrum, de quo pag. 90. v. 5. Sępe alterius generis substantiuo, ad ditur adiectiuũ neutrũ, τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν εἶναι μέγα, Loci structurã esse magnum: ueluti substãtiuè, hoc est rem magnam, aut magni esse momenti, magnoperè referre, ut Budæus uertit.

Εἶναι) esse. Infinit. ab εἰμὶ, sum, pag. 99. uer. 12.

Φῆσαι) Infinit. aoristi primi, ab indicat. ἔφησα, vt τύψαι ab ἔτυψα. Cur ergo non φύσαι, vt τύψαι, accento acuto? Iam monuimus, nõ aliud esse agendũ prima lectione huius epistolæ, q̃ ut casuum, & tẽporũ, & personarũ terminationes rimaremur: & vides terminatione cõsentire φῆσαι, cũ τύψαι, vtrũq; in αι. Quod ad accẽtum attinet, αι in huiusmodi solet haberi pro breui, p. 119. v. 9. longa uerò ante breuẽ finalem circumflectitur. Itaq; scribendum non φύσαι, sed φῆσαι, p. 119. v. 10. in ἰσὸς, ἰσῶτος. Vsitatum verò thema huius infinit. φῆσαι est φημὶ, de quo pag. 102. v. 13. Nec tam significat dico, q̃ puto, & profiteor. Vtrunque explicat Budæus, τί γὰρ φῆσαι, nam quod existimare te ais.

Τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν) de articulo dictionis regentis, & rectę, uide notata supra, pag. 12. v. 8. in τοὺς τῶν φίλων παῖδας.

τόπου) loci. ὁ τόπος, tertiæ declinat. τοῦ τόπου.

Κατασκευὴν) structuram. ἡ κατασκευὴ, secundæ declinationis.

Πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι τῇ ψυχῇ σου) ad ingenerãdum animo tuo. Gerundijs, & supinis Græci carent, in quorum locum subeunt infinitiui, adiectis

arti-

articuli neutri generis, πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι, hoc est, (vt rudius loquamur) ad igenerare, idest, ad ingenerandum, aut causa ingenerandi. Nam prius supinum, gerundium in di, vel dum, fermè efficit infinit. adminiculo præpositionis πρὸς.

Eμποιῆσαι) īfinit. primi aor. actiui, ab ἐμποιέω, indo, ingenero, innasci faccio: quasi intus facio, vel inesse facio. Capiatur simplex ποιέω, & per crasin ποιῶ, primæ coniugationis circumflexorum. Fut. ποιήσω, aor. primus: ἐποίησα; infin. ποιῆσαι: vnde cõpositũ ἐμποιῆσαι ab ἐμποιέω, ex præpositione ἐν, migrante ν in μ, propter π sequens. Quomodo verò se habeant præpositiones ἐν, & σὺν in compositis vide pa. 115. v. 21. in verbo, συῤῥήγνυσθαι. Quoties inciderit verbum compositum, vt facilior sit temporum formatio, tolle præpositionem, & excutito simplex, vt modo fecimus in infinit. ἐμποιῆσαι.

Oῤμήν τινα) desiderium aliquot, & impetũ. Nã hoc propriè vox significat veluti quũ animus aliquò fertur, et aliquid agere gestit, odio, vel amore prouocatus. Nominatiuus est ἡ ὁρμὴ, secundæ declinationis, accusatiuus τὴν ὁρμὴν, vt τὴν τιμὴν.

Τινὰ) accusa. singularis feminini ge. nominati. τὶς, τινὸς, τινὶ, τινὰ, quod habes pa. 13. v. 20. Quãquã si quis perceperit ordinẽ, quẽ sequuti sumus ĩ quinta nominũ declinatione, facilè inuenerit omnia, vel nobis tacẽtibus. Primo scripsimus, quæ desinerent in vocalẽ, nempe α, ι, υ, ω nã nullum nomẽ quintæ declinationis desinit in aliquã reliquarũ vocaliũ, ε, η, ο, deinde sequũtur finita in cõsonãtẽ,

nec

nec vllum deſinit in aliquã iſtarũ conſonantium, β,γ,δ,ζ,θ,κ,λ,μ,π,τ,φ,χ, ſed in vnã reliquarũ: nẽpe, ν,ξ,ρ,σ,ψ: quas quinq; conſonãtes variæ præcedũt vocales, aut diphthongi, hoc ordine, αν, εν, ην, ιν, ον, ουν, υν, ων, in litera ξ nõ vocalium facimus diſcrimina, ſed varias adſcripſimus terminationes genitiui, κος, γος, χος, pro affinitate triũ inter ſeſe mutarũ, tenuis κ, mediæ γ, aſpiratæ χ. Sequitur αρ, ειρ, ιρ, ορ, υρ, ωρ. deĩde ας, αις, αυς, ες, εις, ης, ις, ος, ους, υς, ως. Subduntur q̃ in duas deſinunt conſonãtes, λς, νς, ρς: vltimò, quę in duplicẽ ψ deſinũt: vbi ſimilitet vt in ξ, non vocaliũ habita eſt rõ, ſed genitiui πος, βος, φος, pro tribus alijs mutis, tenui π, media β, aſpirata φ. Hunc ordinem quiſquis obſeruabit, ſtatim nouerit vbi quærendum erit, quicquid occurret de nominibus quintæ declinationis.

Eſt autem hoc nomẽ τις ex encliticis, quę proprio deſtituuntur accentu, pag. 121. ver. 5. ὅρμῳ τινα pro ὅρμῳ τινά.

Enclitica.n. qñq; nõ remittunt ſuũ accentum, ſed tm̃ perdunt: vt notatum ſuprà, p. 9. v. 15. in voce ἐπέγνω σου. Sic & enclitica diſſyllaba qñq; remittunt, ἄνθρωπόν τινα: quandoq; tantũ perdunt, nempe ſi præcedat περισπώμενον, ideſt, dictio cuius vltima circũflectitur, ποιῶ τινα, aut ὀξύτονον, id eſt, dictio, cuius vltima eſt acuta καλόν τινα, ſic hoc loco ὅρμῳ τινά, in cuiuſmodi ablatus eſt accentus è voce τινα: nec tamen dictio præcedens vllũ habet accentum, præter natiuum, & proprium. Et in iſtis non obtinet canon ille de accẽtu acuto,

qui

qui ob consequentiã migrat in grauẽ, vt notatũ supra p.11.v.16. in ἐπιστολὴν. Nã si encliticũ seruaret accentũ, scriberemus ὁρμὴν τινά (acutus.n.ob consequentiã mutatur in grauẽ) at vbi encliticũ accentũ perdit, acuta dictio præcedens manebit acuta: ὁρμήν τινα, non aũt per grauem ὁρμὴν τινά.

Ψυχῇ σου) ãio tuo, ἡ ψυχὴ, τῆς ψυχῆς, τῇ ψυχῇ, secũdæ declinationis, vt ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ.

Σου) genitiuus à σὺ pronomine, de hoc supra, pag. 9. ver. 9. in σου τὴν ἐπιστολήν: & in ἐπέγνων σου in idem versu 15.

Εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον) præpositio εἰς, cum accusatiuo, εἰς βίον, ad vitam. Budæus, ὁρμὴν εἰς τὸν βίον, hoc est (verbum è verbo) Impetum ad vitam, vertit desiderium vitæ. Non enim interpretis officiũ est, anxia quadam religione numerare voculas, et syllabis assidere: sed Latinis auribus satisfacere, & Græcanicas figuras quàm maximè fugere. Ad quod nihil æquè conducit, atque ratio copiæ: in qua quisquis erit bene versatus, is facillimè præstabit rectum interpretem.

Τὸν μεθ' ἡμῶν βίον) Infirmiorib. obsequuti, reddidimus ineptissimè (vt cernerent quid cui responderet) hoc pacto, εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, ad cum nobis vitam. Articulum enim τὸν, qui varijs modis explicari potest, tanquam neglexim⁹, & scholijs ipsum declarandũ reliquimus. Itaq; articulus, qui afficit præpositionem cum casu, reddetur cõmodo aliquo adiectiuo, τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, agendã nobiscum uitam, pag. 125. uer. 11.

Μεθ' ἡμῶν) apoſtrophos eſt pro μετὰ ἡμῶν, p. 5. v. 16. Græci aũt hîc a Latinis diſſentiunt, naturali præpoſitionis ordine ſeruato, dicentes μεθ' ἡμῶν, cũ nobis: pro quo Latini nobiſcũ. Cæterum μετὰ, cum genit. habet: at μετὰ, poſt accuſatiuum.

Ἡμῶν) genitiuus pluralis à pronomine ἐγὼ, p. 76. v. 11.

Βίον) ὁ βίος, vita, tertiæ declinationis.

Πρὶν ἂν μάθοις) priuſquam didiceris, πρὶν, antequam, priuſquam.

Ἂν μάθοις) hæc cõiunctio ἂν, nũc, eſt potẽtialis, οὐκ ἂν φαίης, nequaquam dicas, haud poſſis dicere: nũc planè vacat. Vide Budæũ in Cõment. linguæ Græcæ, vbi vſum explicat, & quib. modis iungat. Tu interim, quoties obuia fuerit hæc particula, ſecurus neglige, tanquã otioſam, donec in iſtis literis plus roboris collegeris. Multa diſſimulandá ſunt, vt loco, & tempore diſcantur commodiore.

Περὶ τοῦ τρόπου) de mõ: ꝑpoſitio περὶ, cũ genitiuo.

Τρόπου) nominatiuus ὁ τρόπος, vt ὁ λόγος. Maſculinũ eſt, quod inſpecto diſces Lexico. Siquidẽ genitiuus τοῦ τρόπου conuenit vtrique generi, ſiue dicatur ὁ τρόπος, ſiue in neutro τὸ τρόπον, vt τὸ ξύλον, vtriuſque enim genitiuus eſſet τοῦ τρόπου.

A verbis quorum penultima eſt ε, deducuntur nomina, conuerſo ε in ο, λέγω, dico: λόγος, ſermo: τρέπω, verto: τρόπος, mos, modus. Itẽ aliud, τροπή, mutatio, vt ab ἐπιστέλλω, ideſt, mando, mitto epiſtolam, fit nomen fęmininum ἐπιστολή, ideſt epiſtola. Nam Latinitate donatum eſt.

Τί)

Τὶ) aliqd, neutrũ eſt à ςôi τὶς, τινὸς, hoc eſt, aliq̃s quiſpiã, uel quidã: q̃ tria Græci vna voce dñt.

Τὶ μάθοις) aliquid didiceris, noris. Budæus adiutus præſidio copiæ, verſionem fecit ſpecioſiorem, dum pro didiceris vertit, compertum habeas.

Μάθοις) μανθάνω, diſco, ſecũ. Aor. capit. à μαθέω inuſitato. vnde fut. μαθήσω. Aor. prim. ἐμάθησα: ſecundus, ἔμαθον, abijciendo ex Aor. primo penultimam vocalem cum conſonante ſequente; nempe ης. de hoc pa. 57. v. 11. Ab ἔμαθον opt. eſt μάθοιμι, μάθοις, vt ab ἔτυπον, fit τύποιμι, τύποις.

Καὶ) &, coniunctio copulatiua. Quomodo diſcẽdæ ſint partes orationis indeclinabiles ſcriptũ ſuprà pag. 11. ver. 21. in ὥσπερ.

Τῆς διαγωγῆς) διάγω, dego, vitã traduco, a διὰ & ἄγω, reiecta vltima p̃poſitionis vocali propter vocalẽ ſequẽtẽ, p. 23. ver. 15. Ab ἄγω, & cõpoſitis verbalia fiunt adiectione ſyllabæ γη: ἄγω, ἀγωγή, συνάγω, συναγωγή: εἰσάγω, εἰσαγωγή. ſic à διάγω fit διαγωγή, ideſt inſtitutum vitæ, & viuendi ratio.

Σὸν ἦν ὄντως) σὸς, σὴ, σὸν, tuus, tua, tuum, pronomen poſſeſſiuũ, p. 76. v. 18. Scribitur hic σὸν, graui accentu, propter ſequentem dictionem, ſuprà pa. 11. v. 9. in ἐπιςολῆ. quod ſi poneretur in fine iuſtæ ſententiæ, iam acueretur, διανόημα τὸ σόν.

ἦν ὄντως) eſt reuera. ἦν imperfectum ab εἰμὶ, pa. 98. v. 17, ſed crebrò ponitur pro præſenti ἐςὶ. Sic ἔδει pro δεῖ, ἐχρῆν pro χρή.

Ὄντως) profecto, reuera, aduerbium a genitiuo plurali participij verbi ſubſtantiui ὤν, ὄντος,

τῶν

τῶν ὄντων, ν in ς, ὄντος, pag. 80. ver. 5.

Διανόημα) sensus, à διανοέω. Simplex νοέω, fut. νοήσω, præter. act. νενόηκα, pass. νενόημαι: vnde verbale τὸ νόημα. p. 84. v. 23. ablato incremento, & verso μαι in μα, cõpositum διανόημα. Vt verò facilior sit thematis inquisitio, & vtilior, memores esse cõuenit: vnde tẽpora formẽtur, vt sensim tanquam per gradus sursum ascendamus ad originẽ, donec inuentum sit pręsens indicatiui modi. Est. n. thema, hoc pacto quærendum διανόημα, reijce præpositionẽ. erit νόημα, verbale in μα, quod fit semper a præteriti pass. prima persona, sublato augmento. Erit igitur, νόημα à νενόημαι Porrò præt. pass. formatur ab actiuo vertẽdo φα in μμαι, χα in γμαι, vel κα in μαι. Fuerit ergo νενόημαι ab act. νενόηκα. Vbi aũt κα in præt. desinit fut. in σω, nisi sit quintæ coniug. Proinde futurum erit νοήσω. Nã in quinta coniug. dicere νοήσω, contra canonem est, qui præscribit penult. futuri quintæ coniug. esse breuiandã: & alioqui, si futurum esset νοήσω, præsens esset νοήω, quod nusquã apparebit in Lexico. Relinquitur igitur futu. νοήσω, id quod proficiscitur à præsenti tertię cõiugationis, νοήδω, νοήθω, νοήτω: aut quartæ νοήζω, νοήσσω, siue νοήττω, aut sextæ νοήω: aut primæ circũflexorum, νοέω νοῶ: aut secũdæ νοάω νοῶ. Siquidem omniũ istorum futurum esset in σω. verum nullũ eorum ostendet Lexicon præter νοέω. Hác thematis rimandi viam diligenter obserua. Parat enim miram facilitatem, vt statim occurrat origo, vnde tẽpora manare queant. De hoc vide p. 117. v. 21.

Καὶ

Καὶ τῆς σῆς ψυχῆς)& tui animi. Hîc vtic̃ possesſiuo pronomine σὸς, σὴ, σὸν, tuus tua tuũ. Fęmin. ἡ σὴ. genit. τῆς, σῆς. poterat vti primitiuo genitiuo σοῦ τῆς ψυχῆς, hoc eſt (vt vetuſto more loquamur) Tis animi, pro tui animi: ſiquidem Græci genitiuos primitiuę ſpeciei, μοῦ, σοῦ, οὗ, ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, etiam actiuè & paſſiuè capiunt: apud nos autem, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, tantum paſſiuè. Actiuè autem, & paſſiuè vſurpant veteres, mis, tis, ſis, noſtrûm, & ueſtrûm: tria mis, ſis, tis, exoleuerunt: noſtrûm, & ueſtrûm tantùm partitiuè capiuntur: vterque noſtrûm, quilibet ueſtrûm.

Ψυχῆς) ἡ ψυχὴ, τῆς ψυχῆς, ſecũdę declinationis.

Τῆς πάντα τὰ τῇδε μηδὲν τιθεμένης) ordina ſic τῆς μηδὲν τιθεμένης, nihili faciẽtis oĩa hic, ſubaudi poſita. Interpres nõ malè hũc locũ extulit p ſecũdã perſonã hoc modo, Qui huius mũdi bona prorſus nihil eſſe ducas: tñ genitiuus τῆς τιθεμένης referendus eſt ad ſubſtantiuũ, qđ præcedit nẽpe τῆς, σῆς, ψυχῆς. Tuus, inquit, hic eſt pfectb, animique tui ſẽſus, ψυχῆς, inq̃, hoc eſt, animi, vel animæ, τῆς μηδὲν, τιθεμένης. hoc eſt, nihil eſſe ducẽtis, aut q̃ nihil eſſe ducat, Participiũ .n. variæ reddit, nunc aduerſum quidã indicans, nũc cauſam explicans, ut hoc loco, τῆς μηδὲν τιθεμένης, nihil ducentis, q̃ nihil eſſe ducat. Proinde quæ per participia Græcis efferunt, nos latinitate donabimus, per eiuſmodi cõiunctionẽ, quæ cũmodiſſimè facit ad ſenſum.

Πάντα) oĩa. ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς. ἡ πᾶσα, τῆς πάσης. τὸ πᾶν, τοῦ παντός. accuſatiuus plur. neutrį generis,

ris, τὰ πάντα, accentu in priore licet geni. fit παντὸς, non πάντος. vide pag. 119. v. 29.

Τὰ τῆδε) articulus aduerbio iunctus mutat ipsum in adiectiuũ: χθὲς heri, ὁ χθὲς, hestern⁹, ἡ χθὲς hesterna, & ita per oẽs numeros, & genera. p. 125. v. 12. aut in isto articulo participiũ intelligit' verbi substantiui ὢν, οὖσα, ὄν: aut aliud quippiã, qđ loco, & sñiæ congruit, seruata generis, numeri, & casus rõne. ἐκεῖ, illic. ὁ ἐκεῖ, q illic est, habitat, ambulat. &c. οἴκοι dormi aduerbialiter. τοὺς οἴκοι, ĩtellige ὄντας, existentes, hoc est domesticos. sic τὰ τῆδε, intellige ὄντα, aut aliud quod quadrat. i. quæ hic fiunt, vel geruntur: q̃ in hoc mundo sita sunt, &c. Est autem τῆδε aduerbium sub forma datiui femi nini. cuiusmodi plurima sunt profecta ex secũda declinatione, habentq; ᾳ, vel ῃ, diphthongum im propriã δημοσίᾳ publicè: ἰδίᾳ priuatim; βίᾳ, violẽter: παῤῥησίᾳ, cõfidẽter, liberè, sic ἄλλῃ, πάντῃ, πῇ, ὅπῃ, κρυφῇ, σπουδῇ, εἰκῇ, ἡσυχῇ, κομιδῇ, πολλαχῇ, πανταχῇ, διπλῇ, τριπλῇ, τετραπλῇ, πενταπλῇ, ταύτῃ, ad eundem modum τῇδε, q fit ab articulo præpositiuo ὁ, ἡ, τὸ, qui aduentu particulæ δὲ capitur p demonstratiuo, p. 78. v. 26. ὅδε, pro οὗτος, hic ἥδε hæc, vnde datiuus τῇδε huic, & aduerbialiter hic.

Μηδὲν) nihil, ὁ μηδεὶς, ἡ μηδεμία, τὸ μηδὲν, p. 13. verſ. 1.

Τιθεμένης) τίθημι, p. 60. v. 20. Paſſ. τίθεμαι, participiũ, ὁ τιθέμενος, ἡ τιθεμένη, genitiuus τῆς τιθεμένης, id est, ponentis, facientis, ducentis. Apud Atticos enim paſſiua capiuntur actiuè, & alioqui

r depo-

deponentalia,& media verba idē habent pręsens & imperf cū passiuis.Porrò τίθεσθαι,hoc loco significat idē qđ λογίζεσθαι,i. ducere,atq; existimare,μηδὲν τίθεσθαι,nihil facere:μικρὰ τίθεσθαι,parui habere: ὕστερον τίθεσθαι,post habere:παρ' οὐδὲν τίθεσθαι,pro nihilo ducere,nihil facere. Verū ista persequi non est præsentis instituti:tantum illud studiosos adolescentes admonitos uelim, si linguæ Græcæ proprietatem, & elegantem uocabulorū usum tenere desiderent,ut Commentarios Budęi summa cura perlegant.Reperient enim incredibilem quendam thesaurum,vnde ad copiosè scribendum reddentur instructissimi.

Πρὸς τὴν μακαριότητα) ad beatitudinē. Nihili ducentis,inquit ad beatitudinē,hoc est, prout est beatitudo.Capitur πρὸς,ut apud comicū præpositio ad,Nihil ad nostram hanc,id est, prout nostra hæc est formosa,οὐδὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν ταύτην.

Ἐν ἐπαγγελίαις)in pollicitationib. Adiectiuū diuinis interpres explicandi causa posuit.

Ἐπαγγελίαις) a noīb. in ος tā substātiuis,q̄ adiectiuis deducuntur substantiua in ια,κακός,malus; κακία,malitia:ἄγγελος,nūtius:ἀγγελία,res q̄ nunciat:ab ἀγγέλλω,nūtio:cuius cōpositū ἐπαγγέλλω, ex ꝓpositione ἐπὶ, & ī uoce deponētali ἐπαγγέλλομαι,ꝓmitto . Hinc ἐπάγγελος, vnde ἐπαγγελία secundæ declin.Datiuus plur.ταῖς ἐπαγγελίαις.

Ἀποκειμένην)verbū κεῖμαι,p.101.v.25.cōpositū ἀπόκειμαι,resideo,repositus,uel deposit⁹ sum:particip.ἀποκείμενος,repositus,fęminin.ἡ ἀποκειμένη.

secun.

fecund.decli.accuf.τὴν ἀποκειμένην. Nec miretur qs ꝙ uerbũ præſentis tẽporis ἀπόκειμαι vertitur, repoſitus ſum:& item partic. ἀποκείμενος præſ.tẽporis per præteritum, repoſitũ. vide ſuprà pa.13. v.18.in voce ἐπιφαινομένης. Neq; præterea hic laborandũ eſt,vt quia verbũ κεῖμαι, nobis occurrit, totã illius ediſcas cõiugationem. Sed vbi excuſſo accuſatiuo ἀποκειμένην,ad ipſum thema perueneris,nempe κεῖμαι,hic ſiſtẽdum erit,nec ultra præſens tempus progrediẽdum,id quod in oĩbus obſeruabis,ne longiùs curã extendas, quã præſens locus poſtulauerit. Si quis occurret obliquus,nõ quieſcendũ,niſi reperto nominatiuo:ſi ipſe inciderit nominatiuus,aut thema verbi non ſcrutabimur anxiè,quæ inde tempora deducantur. Cæterum quia ad conſummatum grammaticum pertinet, ẽt illa tenere, quę poſteriore parte noſtrarũ Inſtitutionum carptim ſcripſimus,quæ incipiuntur,p.81.v.1.cõſultum videtur, nõ quidem ea ſolum ediſcere, vt ſparſim in excutiendo libello quopiam obuia erunt, ſed huic quoq; rei poſtea tempus ſuum tribuere,& à capite ad calcem vſque perlegere ſerio ſtudio,haud aliter,atque feceris in præceptione primorum rudimentorum.

Ἡμῖν) nobis datiuus pluralis ab ἐγώ.

Μακαριότητα) ὁ μακάριος. inde ἡ μακαριότης, τῆς μακαριότητος. (vide in voce ὁμοιότητος, ſuprà pag. 12.v.21.) accuſat. τὴν μακαριότητα.

Ἐγὼ δὲ ἅμα μὲν ποιῶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς ταύτης τῆς νυκτὸς, καὶ ἡμέρας, γράφειν αἰσχύνομαι. κατέλιπον μὲν γὰρ

τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ὡς μυρίων κακῶν ἀφορμὰς, ἐμαυτὸν δὲ οὔπω ἀπολιπεῖν ἠδυνήθην.

Ego verò quæ quidem facio ipſe in ſolitudine hac, nocte, & die, ſcribere erubeſco, dereliqui quidem enim in vrbe occupationes, tanquam ſexcentorum malorum cauſas, meipſum autem nondum derelinquere potui.

Equidem ſcribere ad te non ſuſtineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finium receſſu interdiu noctuque agito. Tametſi enim vrbicas occupationes pro derelicto habui, vt ſexcentorum malorum cauſas, me tamen nondum ipſum etiam habere pro derelicto quiui.

Ἐγὼ δὲ) coniunctio δὲ variè redditur, autē, verò, cæterum, porrò, ſed, tamen, imò, rurſus, cōtrà, quin potius, vt ſententia poſtulat.

Ἃ μὲν ποιῶ) ἃ articulus ſubiūctiuus neutri pluralis, p. 78. v. 20. μὲν eſt coniunctio. à ποιέω ποιῶ, circumflexum primæ coniugationis.

Αὐτὸς) ipſe, pronomen aptum tribus perſonis, pag. 77. v. 10.

Ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς) in ſolitudine. ἐπὶ cum genit.

Ἐσχατιᾶς) ἡ ἐσχατιὰ ſecundæ declin. genitiuus τῆς ἐσχατιᾶς per vocalem α, ꝙ deſinat in α purū. Cur aūt ſcribatur geni. ἐσχατιᾶς per ᾶ circūflexū, notatū p. 119. v. 12. Interpres ἐσχατιᾶς vertit: Extremorum finium receſſu, ſignificantur. n. hac voce prædia ab urbibus remota, receſſus, & ſolitudo ab hominum ſtrepitu remota: ab ἔσχατος, extrem⁹.

Ταύτης) demonſt. οὗτος, hic αὕτη; hęc genit. ταύτης, pag. 76. v. 26.

Νυκτὸς καὶ ἡμέρας,) nocte, & die. tempus collocatur in genitiuo pag. 123. v. 8.

Νυκτὸς) ἡ νὺξ, nox, τῆς νυκτὸς, noctis, p. 11. v. 24.

Quan-

Quanquā in huiusmodi sat fuerit indicasse nominatiuum. Quo cōspecto, facilè cognouerit lector quō geni. & reliquos casus quęrere debeat, non ignorans quem ordinē in recensendis terminationibus obseruauerimus. De quo sup. p. 18. v. 23.

Ἡμέρας) ἡ ἡμέρα, secundę declinationis. Genit. τῆς ἡμέρας, quia exit in ρα.

Γράφειν) Infinit. pręsentis tēporis, vt τύπτειν, ab indicatiuō γράφω. Quod quum sit thema, sistendū est, nec extra pręposītum inquirenda sunt reliqua tempora. Suprà pag. 13. ver. 19.

Αἰσχύνομαι) αἰσχύνω, dedecoro, pudefacio, suffundo pudore: αἰσχύνομαι, pudefio, erubesco, suffundor pudore. Habes thema: ne longiùs angaris, vt reliqua rimeris tempora, sed hic sistas.

Cæterū quæ verba passiuæ vocis, vt est αἰσχύνομαι, sint reuera verba passiua, quæ aūt deponentia & actiuo carentia, lectione autorū, vt pleraq; alia discendum est. Interpres γράφειν αἰσχύνομαι, vertit sic, Scribere ad te nō sustineo, præ pudore: quod speciosius est, & numerosius q̃ si verbū verbo reddidisset. Scribere erubesco, pro vno verbo αἰσχύνομαι, i. erubesco, substituit multa per periphrasin. Nō sustineo prę pudore. Quēadmodū aūt rōnes copię plurimum valent ad parandam versionis elegantiam: ita & in omnibus locis magno sunt vsui: & ijs potissimum medētur incommodis, quę affert linguarū illa proprietas, & phrasis. Proinde siquis expeditum, & elegantem interpretem præstare studeat, sermonis vbertatem sibi comparet,

& tanq̃ in numerato, poſitúq; ante oculos habeat quicquid q̃dã auctor de hoc gñe prçcepit, ut præter alias dotes innumeras, hac ad miraculũ uſq; ſuſpiciendus, ꝙ ita Græca in Latinũ uertat, ut nullum Grçcitatis ueſtigium appareat: idq; ea fide, ut nec ſnîę quid addat, nec detrahat. Quumq; nihil minus ſpectet, q̃ ut totidẽ uerbis reddat, tñ incredibili quadam dexteritate plerunq; aſſequitur, ut citra ſenſus iacturã, dictionum tñ numero rñdere uideat: hoc (credo) maximè fretus, ꝙ ſcribendi uſu iam meditatum hẽt, qũo in q̃uis faciẽ formã da ſit oro. Quo factum eſt ut illius interpretationes, præterq̃ ꝙ Græcanicas figuras nuſquã redoleãt, hoc ẽt eximium prę multis al ijs ſibi poſſint aſſumere, ꝙ tanq̃ fontes Latini eſſe credantur, nõ autem è Grçcis fontibus hauriri. Sic uerò interpretem agere, & numeris oĩb. interpretis fidem prçſtare, neq; tñ aliũ q̃ ipſum uideri argumẽti au torẽ, id demum abſoluti artificis eſt. Equidẽ pro mea tenuitate non poſſum doctiſſimos uiros in hoc negotio uerſatos inter ſeſe committere, & de unoquoq; cenſuram ferre, ſed tñ omnib. candidatis linguæ Græcæ non dubito conſilium dare, ut huius uiri uerſiones diligentiſſimẽ perlegãt, excutiant, & imitari conentur. Alia in alijs eminẽt, neq; omnia ſunt in omnibus illuſtria: interpretẽ fidelem, Latinum, & elegantem, facilẽ, & cõmodum, in uarijs periclitatum, niſi nobis exhibuit Adagiorũ auctor, nemo unquam eſt exhibiturus.
Γράφειν αἰχμῶμαι.) ualde uſitat' eſt Grçcis infinitiuus

tiuus,vbi nos gerundijs vtimur,& supinis,vt diximus sup p 17.v.27.in voce πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι. Verum & alioqui quẽadmodum apud Latinos certa quædam verba gaudent infinitiuis, ita & apud Grecos βούλομαι λέγειν,volo dicere, οὐ τολμῶ ποιεῖν, non audeo facere,&c.Horum est hoc loco αἰσχύνομαι γράφειν,erubesco scribere.

Κατέλιπον)λείπω,linquo.secun.aor.ἔλιπον, pa. 16.v.23.Sic à καταλείπω cõposito, idest derelinquo,secun.aorist.κατέλιπον,nõ καταέλιπον: quia ἔλιπον incipitur à vocali,p.23.ver.16.ab imo.

Μὲν)Nusquã,non obuiæ sunt hæ duę cõiũctiones,μὲν quidem,δὲ vero:utimurq; ipsis diuidendi gratia, ut sñiam à sñia, membrum à membro discernamus : ac priorem locum vendicat sibi μὲν, posteriorẽ δέ. Quamuis autẽ creberrimum δὲ, nullo præcedente μὲν: rarissimum tñ est μὲν quin posteà subdatur uel δὲ,vel alia quæpiam coniunctio,q̃ alterã sñiam contineat priori rñdentem, vt cui sit vel affinis,uel diuersa.Itaq; hoc loco prior sñia est,κατέλιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄστει διατριβάς,&c. subiungitur altera ἐμαυτὸν δὲ οὔπω ἀπολιπεῖν ἠδυνήθην. Cęterũ Budeus pro μὲν,& δὲ posuit tametsi,tñ:q̃ duo minus græcitatem sapiũt, quàm illa priora.

Γὰρ)enim.De hac coniunctione diximus sup. pag.16.v.21. & quæ prætereà nobis denuò ac sæpius occurrent,ea sat erit semel declarasse.Vocis verò significatum, altera uersio facilè monstrauerit,aut adhibitum Lexicon.

Τὰς ἐν ἄστει διατριβάς) articulus τὰς,afficit p̃posi

tionem cum casu, de quo suprà, pa. 20. ver. 23. in voce τὸν μεθ᾽ ἡμῶν βίον. Verti poterat, in vrbe oblatas, aut datas, aut per relatiuum, quæ in vrbe offerebantur, quę in vrbe mihi dabantur: quib. quum in urbe agerem inuolui, & implicari solebā. Nā hic sensus est, sed breuitatis studiosus compēdio dixit vrbicas occupationes.

Ἄστει (τὸ ἄστυ, τοῦ ἄστεος, sine crasi p. 87. v. 10. datiuus verò ἄστεϊ, crasin admittit, ἄστει si nō à nominatiuo ἄστυ, certè ab inusitato nomine primæ decli. cōtractorū τὸ ἄστος, τοῦ ἄστεος, τῷ ἄστεϊ, ἄστει, vt τεῖχος: quemadmodum non solum dicitur δόρυ, sed & τὸ δόρος, τοῦ δόρεος δόρους, τῷ δόρεϊ δόρει, τείχεϊ τείχει.

Διατριβὰς) τρίβω, secun. Aor. ἔτριβον, compositū διατρίβω, sec. Aor. διέτριβον: vnde verbale, ἡ διατριβὴ, secundæ declin. accusatiuus pluralis τὰς διατριβάς. Multa sunt verbalia, quę seruāt characteristicon secundi aoristi, διέτριβον, ἡ διατριβή.

Ὡς) tanquam, vt, veluti, alia significata suo seruentur loco. Caueāt verò studiosi ne vocabulorū significationes inquirant, quo tpe sunt in Grāmaticis occupati præceptionibus: qua in re plurimū sæpenumero peccatur. Deinde iactis fundamētis vbi ad autorum lectionem sese cōtulerint, si non aderit interpres, cōfugiendū ad Lexicō. Sed verbi significatū illud modo tractent: & quātum dabitur, in memoriā reponāt, ꝙ loco præsenti satisfaciat, reliqua, si fieri poterit, ne legāt quidē. Quod si scriptorem probè se videant intelligere, vel viua præceptoris voce freti, vel fida alioqui adiuti

inter-

interpretatione,ſtultum eſt à Lexicis petere con ſilium:in quibus ut oīa tradantur planiſſimè,etiā quæ vocis vſum prolatis exemplis oſtendant:tñ ie iuniora,minuſq; viuida ſunt:neq; tam penitus hę rent,ut quę ipſe tibi legēdis autoribus paraueris.

Μυρίων) τὰ μυρία,multa, & innumera:pro quo Latini ſexcenta:numerus finitus pro infinito. Genitiuus pluralis τῶν μυρίων.

Κακῶν) ὁ κακὸς,ἡ κακή,τὸ κακὸν,malus,mala,malum:genitiuus pluralis neutri generis,τῶν κακῶν, malorum.

Ἀφορμὰς) ἡ ἀφορμή,ſecundę declinationis,τὰς ἀφορμὰς,accuſatiuus pluralis.

Ἐμαυτὸν) meipſum,pronomen compoſitum, pag.78.ver.18.

Οὔπω)nondum:πω eſt tāquam adiectio ſyllabica:ſic μήπω,ita apud nos ſyllaba dum, in nondū, necdum,quiddum,hauddum.

Ἀπολιπεῖν) λείπω,ſecundus Aor.ἔλιπον,infinit. λιπεῖν: ſic à compoſito ἀπολείπω,ſecundus Aor. ἀπόλιπον,infinit.ἀπολιπεῖν.

Ἠδυνήθην) δύναμαι,poſſum,verbū deponēs ſecūdæ coniugationis in μι,à primitiuo δυνάω,fut. δυνήσω,pręt.ac.δεδύνηκα,paſ.δεδύνημαι,δεδύνησαι, δεδύνηται,Aoriſt.primus,ἐδυνήθην,& Atticè ἠδυνήθην.mutatur.n.augmentum ſyllabicū in temporale,pag.92.v.Nemo verò miretur nos in rimando themate,aut formādo tēpore multa proferre, quæ nō ſint recepta,Neq; enim quę recepta ſunt recēſemus,ſed quomodo vnumquodq; formetur.

Ἀλλ'

Ἀλλ' ὅμοιός εἰμι τοῖς ἐν θαλάσσῃ ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας ἀπολλυμένοις, καὶ ναυτιῶσιν.

Sed similis sum in mari, præ circa nauigationem inexperientia pereuntibus, & nauseantibus.

Similiterq; illis affectus sum, qui nauigandi insolentes nausea perditè affliĉtantur.

Ἀλλ' ὅμοιος) ἀλλ' ὅμοιος, Apostrophos, p. 5. v. 16. Vsus te docebit, quę vocalis desinit, vbi assidua lectione didiceris ἀλλά, non ἄλλο, & ita in reliquis. Budæus ἀλλά vertit, que, nam hæc coniunctio varia significat, nec tantum est aduersatiua.

Ὅμοιός εἰμι) similis sum, rectè vertit. Similiter affectus sum: Tētabis ipse memor copiæ: nū aliter quoq; reddi queat. Ita nobiscū agitur, Perinde res nrę sese hābēt, & breuiter q̄cunq; voces similitudinem, æqualitatēq; significant, tibi in mentē veniant, & q̄d optimum duxeris, id ponere licebit.

Εἰμι) accentum hoc loco remittit in pręcedentem dictionem, est enim encliticum, p. 121. ver. 1. Cæterum coniugationem huius verbi substātiui εἰμί, habes, p. 98. ver 17. sed quia hîc præsens tempus occurrit. i. thema, nō est necesse ad reliqua descendere, vt ante monuimus.

Τοῖς, &c. ἀπολλυμένοις) inter articulū τοῖς, & participium ἀπολλυμένοις, interserūtur aliquot particulæ; de quo satis iam scriptum est in præcedentibus, suprà pag. 12. ver. 7.

Ἐν θαλάσσῃ) in mari. præpositio ἐν cum dat. θαλάσσῃ, cuius est nomin. ἡ θάλασσα, secund. declin.

Ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας) sic ordina, ὑπὸ τῆς ἀπειρίας, p inexperiētia, κατὰ τὸν πλοῦν, circa na-

uigatio-

uigationẽ,aut nauigationis,aut ſic ὑπὸ ἀπειρίας, prę inexperiẽtia,ἀπειρίας,inq̃,τῆς κατὰ τὸν πλοῦν,q̃ eſt circa nauigationẽ,q̃ inter nauigãdũ cõtingit, explicando articulũ τῆς,ut maximè quadrat. nec eſt aliud ἀπειρία κατὰ τὸν πλοῦν,inexperiẽtia circa nauigationem,quã inexperiẽtia nauigãdi.proinde interpretatus eſt totam hãc particulam duab. uocibus, nauigandi inſolẽtes:capta uoce ut apud comicum,Quid tu Athenis inſolens?

Ὑπὸ)præ,cum genitiuo ὑπὸ φόβου,præ metu.

Κατὰ τὸν πλοῦν)in nauigatione,circa nauigationem,i.inter nauigandum,præpoſitio cum accuſ.

Πλοῦν)πλέω,nauigo hinc ὁ πλόος,nauigatio,ut à πνέω fit πνόος, ſupra p. 21.uer.19.i uoce πνόαι. Contrahitur autem hoc nomen ὁ πλόος,πλοῦς,accuſatiuus πλόον,πλοῦν,pag.87.uer.20.

Ἀπειρίας)πεῖρα,experiẽtia.inde ἄπειρος,inexpertus.nã eſt στερητικὸν μόριον.i.priuatiua particula, faciẽs è ſubſtãtiuo adiectiuum,qd rei priuationẽ ſignificet:μοῖρα,pars,ἄμοιρος,expers.φόβος,metus,ἄφοβος,ĩtrepidus.Sic à πεῖρα,fit ἄπειρος:unde ſubſtãtiuũ ἡ ἀπειρία,τῆς ἀπειρίας,ſecundæ decli. Siquidẽ ab adiectiuis in ος fiũt ſubſtãtiua ĩ ία,κακός,malꝰ, κακία,malitia:ut notatũ ſu p.p.26.uer. 19.in ἐπαγγελίαις.Nec tñ analogia freti conabimur, q̃uis a quouis deducere, ſed ſpectandus eſt autorũ uſus magnus,magnitudo,nõ magnitas:cõtra,pius,pietas,nõ itẽ pietudo:iuſtꝰ,iuſtitia,nõ iuſtitas, nec iuſtitudo.ſic apud Græcos,φίλος,φιλία,amicus amicitia,non itẽ καλός,καλία,pulcher, pulchritudo.

Ἀπολ-

A'πολλυμένοις, καὶ ναυτιῶσιν) pereūtibus, & nauseantib. pro quib' Budęus: Qui nausea perditè afflictātur. Participium alterum mutāuit in verbū eiusdē tpis, & relatiuū, deinde vocem vnā duabūs reddidit per periphrasin, pro nauseare, afflictari nausea: p altero participio ἀπολλυμένοις, substituit aduerbium perditè: aut contrà, pro ἀπολλυμένοις, perditè afflictant pro ναυτιῶσιν ablatiuū nausea. Faciamus periculū num alio quoq; pacto vertere liceat; Qui nausea pereunt, quos miserè cruciat nausea, qui perditè nausea torquent, quos perditè grauat nausea, quos ad interitum vsq; nausea premit, qui perditè vexātur nausea, quos infestat, & perdit nausea, quibus nauseę molestia perniciem affert. Quamq̃ ista partim liberiora sunt, q̃ pro officio interpretis: tm̃ ostendendā hoc modo viam putaui, qua ratione eruenda sint, q̃ studiosis huius rei cōducant, vt vbi dictionē latissimè, pluribusq; verbis explicauerint, ea demum seligant, quæ cōpendio ad sn̄iam proximè videantur accedere.

A'πολλυμένοις) ὀλλύω, cōpositum ἀπολλύω, vnde actiuū in μι, ἀπόλλυμι, passiuū ἀπόλλυμαι, perdor, & pereo, partic. ἀπολλύμενος, tertię decli. Datiuus plur. τοῖς ἀπολλυμένοις, qui regitur à nomine ὅμοιος. Nam vt Latini, sic & Gręci similitudinis adiectiuo tribuunt datiuum. Et quod ad illa cōia syntaxεως, capita spectat, fermè idem obtinet apud vtrosque. Quapropter in Institutionib. nostris istā perq̃ paucis, & carptim attigimus: & quod discipulus iam in ludo Latino percepisset, id n[...] com-

me[...]

memorare quidẽ voluimus,rati nos operam perdituros,ſi doctum,& memorem admoneremus.

Ναυτιῶσιν) ναυτιάω,craſis ναυτιῶ,partic. ὁ ναυτιάων, τοῦ ναυτιάοντος, τῷ ναυτιάοντι, craſi ναυτιῶντι. datiuus pluralis τοῖς ναυτιῶσι,reiectis literis ν, τ,in datiuo ſingulari,pag.15.v.11.Scribitur autem ναυτιῶσιν per ν in fine,de quo pag.22.ver.17. & 90.v.19.

Οἳ τῷ μεγέθει τοῦ πλοίου δυσχεραίνουσιν, ὡς πολλὼ τὸν σάλον παρεχομένῳ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν λέμβον ἢ τὸ ἀκάτιον μεταβαίνοντες πανταχοῦ ναυτιῶσι, καὶ ἀποροῦνται· συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ ἀηδία, καὶ ἡ χολή.

Qui magnitudine nauigij offenduntur,tanquam multã iactationem præbente,& illinc in lembũ,aut acatium tranſeuntes vbique nauſeant,& hærent:tranſgreditur enim cũ ipſis moleſtia,& bilis.

Namque illi magnitudine nauigij offenſi tanquam vehemẽtius ſuccutientis, in lembum aut nauiculam quum tranſilierint,ſic quoque non ſecus à nauſea laborant,nimirum moleſtia ipſos ac bile quo tranſierint cunque comitantibus.

Οἳ)qui,articulus ſubiunctiuus,pro quo interpres. Namque illi. Si quidem relatiua ſæpenumero cauſam indicant.

Μεγέθει) τὸ μέγεθος magnitudo, τοῦ μεγέθεος, τῷ μεγέθεϊ,& per craſin μεγέθει, ut τείχεϊ, τείχει,primæ declinationis contractorum.

Πλοίου) τὸ πλοῖον, τοῦ πλοίου, tertiæ declinationis.

Δυσχεραίνουσιν) δυσχεραίνω,indignor, indignãter fero,offendor:datiuo iungitur,& eſt 3.plur. δυσχεραίνουσι,cui additur litera ν.de hoc p.22.v.17.

Ὡς πολὺν τὸν σάλον παρεχομένῳ)tanquã multã iactationem præbenti,qui datiuus refertur ad ca

ſum

ſum μεγέθει indignantur nauis magnitudinis: tã quam præbenti multã iactationem, ideſt, vt quæ, ſiue quippe quæ præbeat multam iactationem.

Πολυῶ) accuſatiuus nominatiui πολύς: de quo pag. 90. v. 1.

Τὸν σάλον) ὁ σάλος tertiç declinationis, iactatio in mari, vndarum, & fluctuum agitatio, quæ dũ in nauim irruit, ſolent vectores huc atque illuc quaſſari, & in vtraque nauis latera protrudi.

Παρεχομένῳ) præbẽti, & efficiẽti. In eadẽ ſignificatione plurima vel actiuè proferuntur, vel paſſiuè, horum eſt παρέχομαι, παρέχω, prębeo, participium παρεχόμενος. Scitè interpres pro παρέχεσθαι σάλον, i. pbere & efficere iactationẽ & agitationẽ, vſus eſt verbo ſuccutere. Nã propriè ſuccutere (aut quod receptius eſt) ſuccuſſare, dr̃ equus, qui ſic graditur vt ſeſſorẽ cõcutiat, & equus ipſe ſuccuſſator appellatus eſt, & ſuccuſſarius, à ſuccuſatione, hoc eſt eiuſmodi agitatione. Itaque id verbi ad turbulẽtam nauigationẽ accõmodauit, quoties in vaſto nauigio vector haud aliter cõcutitur, atq; ſeſſor a ſuccuſſatore. Accuſatiuum aũt πολυῶ expreſſit aduerbio vehemẽtius: παρεχομένῳ πολυῶ τὸν σάλον, præbẽti multã iactationẽ mutauit in vehemẽtius ſuccutientis. quamquã anxiè ſuperſtitioſi eſſe volumus, vertendũ eſt nõ ſuccutiẽtis, ſed ſuccutienti: partic. n. παρεχομένῳ, tribuitur datiuo μεγέθει, nõ genitiuo πλοίου. niſi fortè Budæus genitiuum legit, παρεχομένου πλοίου ſuccutiẽtis nauigij, non autẽ μεγέθει παρεχομένῳ, magnitu

dini

dini ſuccutiēti. Boni cōſulat lector curioſitatem, quum tā pulchrè conſtet ſenſus, dubio procul ini qua foret, niſi nobis propoſitū eſſet etiā in minutiſſimis adiuuare diſcipulorū ſtudia, eorūq; hæſitātiæ ſic mederi, vt quaſuis amoliremur remoras.

Κἀκεῖθεν) craſis p καὶ ἐκεῖθεν, & illic, p. 103. v. 19.

Επὶ τὸν λέμβον) ἐπὶ ppoſitio: ὁ λέμβος tertię decl.

Η τὸ ἀκάτιον) ἢ aut, Hæc litera varia ſignificat, ut uariant illius ſpiritus, & accentus.

Τὸ ἀκάτιον) genus eſt nauiculæ piſcatoriæ.

Μεταβαίνοντες) partic. plu. à μεταβαίνω, trāſeo.

Πανταχοῦ ναυτιῶσι) πανταχοῦ, ubique, ναυτιάω, nauſeo: tertia ναυτιῶσι: p craſin ex ναυτιάουσι, hic autem uerbū eſt ναυτιῶσι: ſuprà uerò participiū datiui pluralis, qui uoce conſentit cum tertia pluꝛali. pag. 72. v. 10.

Απορουῦται) ἀπορέομαι, hereo perplexus sū, tertia plura. ἀπορέονται, craſi ἀπορῦνται, ut ποιῦται.

Συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς) ſimplex ἔρχομαι, cōpoſitū ex μετὰ, μετέρχομαι, deinde altera præfigitur ppoſitio σὺν: nec tñ dicit̃ συνμετέρχομαι, ſed συμμετέρχομαι, migrāte ν in μ, ut ſupra, p. 18. v. 6. in ἐμποιῆσαι. tertia pſona ſingularis συμμετέρχεται, ut τύπτεται. Cōpoſita uerò ex σὺν gaudēt datiuo, p. 123. v. 19. hoc loco συμμετέρχεται αὐτοῖς, cum eis tranſit, niſi ineptire uelis, & dicere contranſit eis, pro eo quod eſt, unà, aut pariter cū eis tranſit. Budæus uertit, quo tranſierint cumque, comitantibus, per tmeſim, pro quocunque tranſierint, comitantibus. Mutauit quoque interpres

orationis

orationis faciem, dum in locum verbi cũ coniunctione causali substituit ablatiuum: pro eã comitantur, dicens, Comitantibus: propterea quod ablatiui absolutè positi, crebro causam reddunt: vnde & particulam adiecit, nimirum.

Ανδία) ἀηδὴς molestus, iniucũdus: ἀηδία, molestia: Suidas interpretatur ἀνορεξία, i. (si ita loqui liceret) inappetentia, quum stomachus destituitur appetitu. Quòd ijs contingit, qui nauigationis impatientes nauseant.

Χολὴ) bilis, & pro ira capit', vnde pcessit δυσχεραίνουσι, indignantur, stomachantur; offensi sunt:

Obseruabis hoc loco, nõ pertinere ad interpretẽ, vt periodi, membri, ac incisi rõnem habeat, sed vtcunq; visum erit, aut structuræ Græci sermonis oĩ ex parte rñdeat, aut periodũ in mẽbrũ, mẽbrũ in incisũ redigat, aut cõtra geminã periodũ transferat in vnã. Verbi grã, Budæus, si exactè singula tm̃ spectasset, ac non potius vniuersam sñiam aĩo cõcepisset, tres absoluisset (vt hẽt Græcus) periodos, hoc mõ. Nam illi magnitudine nauigij offenduntꝰ tanq̃ vehementius succutiẽtis. Deinde in lẽbũ, aut nauiculã quũ trãsilierint, sic quoq; non secius a nausea laborant. Nã molestia ipsos, ac bilis quò trãsierint cunq;, comitantꝰ. Vides hic tria esse pronũciata, q̃ trib. absoluta sunt verbis offenduntur, laborãt, & comitãtur, perinde atq; in Græcis tres periodi totidẽ cõstant verbis, δυσχεραίνουσι, ναυτιῶσι συμμετέρχεται; q̃ tria ad vnicã trãslata sunt periodum, vultu sermonis nonnihil immutato, quod

duo uerba *δυσχεραίνουσι*, & *συμμετέρχεται* reddit per participia, offensi, & comitantibus.

Atque hæc uariandi figura iacenti alioqui, & frigenti orationi mederi solet. Quandoque enim Græca rectè habent multis distincta periodis, ubi Latinus scriptor minùs acris erit, nisi membrorum, & incisorum potius feratur multitudine quam clausularum: est rursum ubi contra fieri præstiterit ut plausibiliores sint multæ sententiæ, paucis grauatæ membris, quam periodus iusto prolixior, & obscurior: quæ omnia is demum nosse poterit quisquis & optimos quosque interpretes pressius excusserit, & ipse quoque sese in uertendis Græcis exercuerit; idque non oscitanter ac citra iudicium, sed tanquam in promptu positis rationibus, quot tandem modis singula uerti queant, quo'ue pacto uerbo nunc participio, nunc adiectiuo reddatur; participium interdum uerbo interdũ nomine oratio actiua in passiuam conuertatur, aut contrà: & ita in cæteris omnibus ad manum sit uariandi forma.

Τοιοῦτον οὖν τι, καὶ τὸ ἡμέτερον, τὰ γὰρ ἔνοικα πάθη συμπεριφέροντες, πανταχοῦ μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμὲν, ὥστε οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπωνάμεθα ταύτης.

Tale igitur quiddam & nostrum. Nam domesticas perturbationes simul circumferentes, vbique cum similibus tumultibus sumus. Itaque nihil magnum solitudine lucrati sumus hac.

Huiusmodi igitur quiddam: & nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquò circunferentes gentium, vbique locorum perinde versamur in tumultu. Quare non magnopere adiuti sumus ab hac solitudine.

Τοιοῦτον)tale.neutrũ in ον,de quo vide p.81.v. 2.

Οὖν)igitur,ergo.coniunctio nunc illatiua,nũc continuatiua.

Τὶ)quidam neutrũ ab infinitiuo nomine τὶς τινος, de quo p.13.v.19. destituitur aũt proprio accẽtu,ꝙ sit encliticũ.De quo p.121.v.1.nec tñ ipsum remittit in præcedentẽ dictionẽ ἕν.Nulla.n. syllaba geminum sortitur accentum. Igitur ἕν τι scribendum vnico accentu. At in σῶμά τι duplex est syllaba,namq; μα propriũ nullũ habet,ideoque locum tribuit accentui particulæ τι.Quòd si dictionem encliticam prę cesserit syllaba propriũ accentum possidens acutum, isq; ob cõsequentiá migret in grauem,vt θεὸν τινὰ φιλεῖ: rursum reponetur acutus si encliticũ proprio destituetur θεόν τινα φιλεῖ,non autem θεὸν τινὰ φιλεῖ.

Καὶ) &,etiam, quoque verti posset,huiusmodi igitur nobis quoque contingit:nisi quod καὶ multis locis abundat,de quo vide Commentarios Budei, in quibus plenissimè docet vsum partiũ orationis indeclinabilium.

Τὸ ἡμέτερον)nostrũ pronomen possessiuũ:huiusmodi,inquit,quiddam ẽt nostrum,subaudi est,crebrò.n. verbũ substant.intelligitur, quum alioqui apertus est sensus.Capit aũt nostrũ substãtiuè,id est,res nostra,siue negotiũ nostrum, pro quo interpres dixit nobis contigit.Liceat tibi quoq; sic vertere, Ad hunc igitur modum nostrę quoq; res sese habent,Neq; verò aliter nobiscum agitur,In eiusmodi igitur statu res nostræ quoq; sunt sitæ,

Ad

Ad eũdẽ rerũ ſtatũ nos quoq; redacti ſumus, Eodẽ nimirũ fermè loco res quoq; noſtræ cõſiſtũt, &c. Ἔνοικα πάθη) domeſticas pturbationes, οἶκος, domꝰ. ἔνοικος domeſticus, quaſi dicas, In domo exiſtens.

Plurima verò præpoſitionũ adminiculo formãtur adiectiua, aut quæ tanq̃ adiectiuè capiuntur: cuiuſmodi ſunt ea, quæ officium aliquod ſignificant aut functionem, & muneris alicuius adminiſtrationem. Quorum quidem nominum tanta eſt copia, ut nulla ſint Lexica numerandis omnibus abſoluta. Quum ſint.n. Græci in omni cõpoſitionis genere fęliciſſimi, nec tam arctis concluſi ſpatijs, vt Latini, nullus vnquam futurus eſt modus, qui nouis cõcinnandis vocibus ſtatuatur: ſed pro re nata & licuit, ſemperq; licebit, ſcita compoſitione recens & nuper exorta ſignare.

Πάθη) τὸ πάθος primæ declin. cõtractorum, τοῦ πάθεος, plurale τὰ πάθεα, & per craſin πάθη.

Συμπεριφέροντες) ſi Latinis ęqualis permitteretur audacia, vetterẽt cõcircũ ferentes: ſed aures nõ ferunt. Itaque quoties iſtiuſmodi occurrunt, quę ad verbum commodè, & venuſtè reddi nõ poſſunt, vt fermè contingit in Græcorum compoſitionibus, ſpectare conuenit ſñiam, & eã verbis aſſequi vel diuerſiſſimis. Vim præpoſitionis σὺν ſic exprimes, Vna nobiſcũ circumferentes. nam qđ addit interpres, Quoquò gentiũ non ad ſignificatũ præpoſitionis facit, ſed toti ſententiæ ſeruit, & ornatui.

Συμπεριφέροντες) φέρω fero. adde præpoſitionẽ περὶ, περιφέρω: præfige alteram præpoſitionẽ σὺν,

ſed migret ν in μ, συμπεριφέρω: vnde participium συμπεριφέρων, τοῦ συμπεριφέροντος, plurale οἱ συμπεριφέροντες.

Μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμὲν) cũ ſimilib.(hoc eſt)eiſdẽ tumultibus ſumus. Pulchrè interpres, perinde verſamur in tumultu. Genitiuum ὁμοίων expreſſit aduerbio perinde: μετὰ θορύβων dixit, in tumultu, pro verbo ἐσμὲν poſuit verſamur.

Ὁμοίων θορύβων) nominatiuus ſingularis ὅμοιος: θόρυβος, tertiæ declinationis.

Ἐσμὲν) ſumus, ab εἰμὶ ſum, pag. 98. v. 17.

Ὥστε) itaque, quapropter, quare.

Οὐδὲν) nullum, nihil, ab οὐδεὶς, pag. 13. v. 1.

Μέγα) neutrum à μέγας, pag. 90. ver. 5.

Ἐρημίας) ἡ ἐρημία, τῆς ἐρημίας, ſecundæ declin.

Ταύτης) nominatiuus αὕτη, genitiuus ταύτης, pag. 77. v. 13.

Ἀπονάμεθα) tolle præpoſitionẽ ἀπὸ, manebit ſimplex ὠνάμεθα pro ὠνησάμεθα, per ſyncopen, vt ſcripſimus p. 114. v. 4. & ſequẽtibus. Igitur ὠνάμεθα eſt Aoriſt. pri. medius pro ὠνησάμεθα, cuius ſingulare ὠνησάμην, ab Aor. actiuo ὤνησα, fut. ὀνήσω, præſens ὀνέω, per ο, quod rõne augmenti vertebatur in ω. Cæterũ dũ iſtiuſmodi rõne verborũ themata quærimus, nihil nos offendat, ꝙ per q̃ decurrimus tpa, crebrò ſint inuſitata. Nec enim hoc hîc agitur, vt ſciamus receptũ thema ne ſit ὀνέω, an potius verbum in μι, ὄνημι: tantũ paratur via, quę temporum formationes demonſtret.

Οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπονάμεθα ταύτης) gau [illegible] det

det hoc verbū accuſatiuo cum genitiuo. Accuſatiuus ſignificat fructū, & emolumētū, quod percipimus: genitiuus autē id vnde fructus proficiſcit᷑. Idē fit in verbo ἀπολαύω. Lucianus quodā loco vtrunque vſurpauit, τί μὲν γὰρ, inquit, σὺ ἀπολαύσειας τῶν ὀρῶν: τί δ' ἂν ἀπόναιντο τοῦ σοῦ κάλλους αἱ βόες; quemnan fructum percipies è montibus? quid verò boues cōſequentur emolumenti è tua pulchritudine? Interpres pro accuſatiuo οὐδὲν μέγα, poſuit non magnopere aduerbialiter, non magnopere adiuti ſumus ab hac ſolitudine.

Ἃ μέντοι ποιεῖν ἔδει, καὶ ὅθεν ὑπῆρξεν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι τοῦ πρὸς σωτηρίαν καθηγησαμένου; (εἴτις γάρ, φησι, θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι) ταῦτα ἐστιν. ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν ἔχειν, πειρᾶσθαι προσήκει.

Quæ verò facere oportebat; & vnde licuit nobis veſtigijs hærere ad ſalutē præeuntis, (Siquis enim, inquit, vult poſt me venire, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me) hæc ſunt: in quiete mentem habere conari conuenit.

At verò quæ facta a nobis oportuit, vndeq; auſpicandū fuit ei, qui veſtigijs hærere voluit eius, qui nobis ſaluti uiam præiuit: (Siquis, inquit, poſt me venire vult, abiuret ſemetipſum, & tollat ſuam ipſe crucem, & ſequatur me) hæc fere ſunt. Iam primū mentem pacatam habere conueniebat.

Μέντοι) at verò, verum, aduerſatiua coniunctio. Hoc loco rn̄det coniunctioni μὲν quę multū antè p̄ceſſit, ἃ μὲν ποιῶ αὐτὸς, &c. nā poſt μὲν (vt ſcripſimus ſuprà p. 31. v. 11. in voce μὲν) fermè ſequitur δὲ, aut alia quæuis cōiunctio poſteriori ſentētiæ, aut mēbro ſeruiēs. Hic prior oratio: vbi ponitur μὲν ſtatū rerū Baſilij continet: altera quæ effertur

per μέντοι, declarat q̃d ipſum agere cõueniebat.

Ποιεῖν) infinit. à verbo ποιέω, ποιῶ, pag. 45. v. 28.

Ἔδει) oportebat. imperſonale δεῖ, oportet. pag. 107. v. 26. finge vocẽ perſonalem, & cape tertiã perſonã, δέω, δέεις, δέει, & craſin δεῖ, imperf. ἔδεον, ἔδεες, ἔδεε, craſis ἔδει. eſt. n. imperſonale act. vocis.

Ὅθεν) vnde, è quibus, aduerbium.

Ὑπῆρξεν) ſimplex ἄρχω, fut. ἄρξω. Aor. pri. ἦρξα, cõpoſitum ὑπάρχω, fut. ὑπάρξω. Aor. pr. ὑπῆρξα. ὑπῆρξας, ὑπῆρξε: q̃d uerbũ infinitiuo iunctũ, tanq̃ imperſonaliter accipit' pro cõtigit, licuit, euenit: ὑπῆρξεν ἔχεσθαι, licuit hęrere. Fortè Baſili' ſcriptũ reliquit ὑπῆρξεν ἄν. i. licuiſſet. In exẽplari Aldino deeſt hæc vox ὑπῆρξεν: ſed tm̃ excuſſum eſt, ὅθεν, ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι, vnde nobis veſtigijs hęrere. q̃d neſcio an ſequutus ſit Budæus, interpretatus in hũc modũ. Vndeq; auſpicandũ fuit, ei qui veſtigijs hærere uoluit, &c. quaſi quippiã ſubaudiẽdũ putauerit. ὅθεν, unde, & è qua re ſubaudi, ꝓficiſcitur, ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν, hærere ueſtigijs, q̃q̃ alioqui ab ijs auſpicari conuenit, unde licet rem aſſequi.

Ἡμῖν) nobis datiuus plur. ab ἐγὼ, p. 76. v. 10.

Τῶν ἰχνῶν) genitiuum pluralem indicat articulus τῶν, ſed quum quiuis genitiuus pluralis deſinat in ων, & articulus τῶν ſit omnis generis, aut p̃ceptore opus eſt, aut Lexico, ut diſcas nominatiuum eſſe τὸ ἴχνος, ueſtigiũ primæ declinationis contractorum, τοῦ ἴχνεος, τῶν ἰχνέων. craſi ἰχνῶν.

Ἔχεσθαι) infinitiuus ab ἔχομαι, hæreo, poſtulat genitiuum.

Πρὸς σωτηρίαν) ad ſaluté, σωτὴρ, ſeruator τοῦ σωτῆρος: vnde ἡ σωτηρία, ſalus Nã quemadmodũ a nominatiuis in ος fiũt ſubſtãtiua in ία: κακὸς, ἡ κακία, ſuprà, p. 26. v. 19. in voce ἐπαγγελίαις: ita & à genitiuo deſinẽte in ος, qñq; huiuſmodi fiũt nomina in ία, vt τοῦ σωτῆρος, σωτηρία, ſecũdæ declin.

Κατηγησαμένου) genitiuus eſt. Ordo eſt, ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν τοῦ κατηγησαμένου πρὸς σωτηρίαν, hærere veſtigijs eius, qui præiuit ad ſaluté. Nominatiuus ὁ καθηγησάμενος, participium à primo Aor. med. καθηγησάμην, primus Aor. actiuus eſſet καθήγησα, fut. καθηγήσω, præſens καθηγέω. verùm ſolum eſt receptum in voce paſſiua, ſiue media κατηγέομαι, craſis κατηγοῦμαι, primæ coniugationis circunflexorum. tamen quoties hæc verba deponẽtia, ſiue communia ſunt excutienda, formabimus omnia tempora more actiuorum, & paſſiuorum, quãmuis nõ ſint recepta, ideoq; a καθηγησάμην ſurſum aſcendemus ad præſens vſq; καθηγέω. ſed Lexicon docebit tm̃ receptum eſſe καθηγέομαι, quod eſt cõpoſitum ab ἡγέομαι. Nam κατὰ perdit vltimum α, quia verbum incipitur a uocali, quę quòd ſit aſpirata, mutatur τ in θ: καθηγέομαι, non κατηγέομαι.

Cæterum deponentium verborũ tempora quędam fiunt vt in paſſiuis, quædam vt in medijs: qđ vſu magis diſces, quàm præcepis.

Eſt aũt καθηγοῦμαι, idé quod prę eo, p̃ceptor ſum, hinc καθηγεμὼν, autor, precçeptor; qui ré inſtituit.

Εἴτις) ſiquis. τὶς, aliquis encliticum eſt, & accẽtum remittit in præcedentem ſyllabam ει, quæ ex

se accẽtum nullum habet: cuiusmodi & alia scri psimus, pag. 121. v. 1.

Γάρ φησι,) φημὶ, dico. Tertia persona φησὶ, p. 102. v. 13. Estq; ex encliticis, & accẽtu destituit̃, p. 111. v. 6. Est aũt locus quẽ citat Basilius, Lucæ c. 9. nisi q̃ ibi additur hęc particula καθ' ἡμέραν. i. quotidie.

Θέλει) vult. Prima persona, verbi θέλω, volo.

Ὀπίσω μου) post me. Aduerbium est cũ genitiuo. Græcorum enim quædam aduerbia per præpositionem reddimus.

Μου) genitiuus ab ἐγώ, destituitur accentu tãquam encliticum.

Ἐλθεῖν) ἐλεύθω, secundus aor. ἤλυθον, syncope ἦλθον, infinitiuus ἐλθεῖν, pag. 49. v. 14.

Ἀπαρνησάσθω) tolle præpositionẽ ἀπὸ, manet ἀρνησάσθω, Aor. primus medius imperatiui, vt τυψάσθω: secunda persona ἄρνησαι, vt τύψαι, indicatiuus ἠρνησάμην. Aor. primus act. esset ἤρνησα, fut. ἀρνήσω; præsens ἀρνέω. Sed receptum est deponens ἀρνέομαι, inde ἀπαρνέομαι, abnego.

Ἑαυτὸν) semetipsum. Pronomen compositum pag. 77. v. 15.

Ἀράτω (αἴρω, tollo, fut. ἀρῶ, aor. primus ἦρα, imperatiuus ἆρον, ἀράτω, vt τύψον, τυψάτω.

Σταυρὸν) ὁ σταυρὸς, crux, tertiæ declin. simp.

Αὐτοῦ) ipsius, crebrò reperies αὐτοῦ, pro ἑαυτοῦ, quod per aphæresin dicitur, p. 78. v. 5.

Ἀκολουθείτω) ἀκολουθέω, sequor. Datiuum regit, p. 153. v. 16. Imperatiuus ἀκολούθεε, ἀκολουθεέτω, & per crasin ἀκολουθείτω, vt ποιεέτω, ποιείτω, p. 46. ver. 16.

Μοι) datiu⁹ ab ἐγώ, ex encliticis eſt, accẽtu carẽs.

Ταῦτά ἐστιν) ταῦτα hæc. neutrũ plurale pronominis οὗτος, pag. 76. ver. 27. iungitur uerbo ſingulari, pag. 112. ver. 20.

Ἐστι) eſt, tertia ſingularis ab εἰμὶ, ſum, p. 98. v. 14. eſtq; ex encliticis. Scribitur autem ἐστιν per ν more Attico, qui perſonis in iota finitis addũt ν, ſiue ſequatur vocalis, ſiue conſonans, ſiue abſoluta ſit ſententia, ſiue non. idq; receptiſſimũ in Ecclesiaſticis ſcriptoribus.

Ἐν ἡσυχίᾳ ἔχειν) ἔχω, habeo, infin. ἔχειν, habere, ἐν ἡσυχίᾳ, in quiete: pro quo Budæus pacatam habere ἡ ἡσυχία, quies, ſecundæ declinationis: datiuus ἡσυχίᾳ, per ᾳ diphthõgum impropriã. ἐν, in: præpoſitio iuncta datiuo ἡσυχίᾳ.

Τὸν νοῦν) accuſatiuus: nominatiuus ὁ νόος, craſis, νοῦς, p. 86. ver. 20.

Πειρᾶσθαι) πειράομαι, nitor, conor, tento ſecundæ cõiugationis circumflexorum, infinitiuus πειράεσθαι. craſis πειρᾶσθαι.

Προσήκει) conuenit: imperſonaliter, præſentis tẽporis à πρὸς, & ἥκω, compoſitum προσήκω, cõuenio. Budæus imperfecto reddit. Iam primum (inquiens) mentẽ pacatam habere conueniebat: pro quo Græcus dixit, ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν πειρᾶσθαι ἔχειν προσήκει. hoc eſt, verbum è uerbo: In quiete mẽtẽ habere, conari cõuenit. Ordo eſt, cõuenit conari habere, i. ut hẽas, aut vt habeat quis mẽtẽ, &c. Magnus eſt. n. vſus infinitiui Græci, & ſæpenumero cõmodè reddit̃ per optatiuum, præcedente parti

cula

cula vt, aut alia ſimili. Cæterum nos docendi gratia rudiùs vertimus, quò per omnia diſcipulo ſatisfaceremus. Neq; verò miretur ſi inter Græca nihil reſpondeat illi iamprimum, nec interpretem damnet, quaſi infinitiuum πεῖραϑαι neglexerit. Latinis auribus ille inſeruiuit, & ſenſum bona fide reddidit. Verũ iam deinceps in iſtiuſmodi verſionis ſiue libertate, ſiue autoritate, non multum immorabimur: ſed Budæi doctiſſimam interpretationem tantùm adſcribemus. Vbi enim ſingulorum verborum themata commoſtrata fuerint, & Grãmaticas minutias exactè perueſtigauerimus, facilè quiuis iudicio ipſe ſuo conſequetur, quid interpres, aut prudens adiecerit, aut ſecurus trãſmiſerit: quorum vtrunque quantum permiſſum ſit, fidorum interpretum ſcripta docebunt. Nunc quo cæpimus propoſito has meditationes abſoluamus: de interpretandi ratione aliàs fortè, & copioſius dicemus.

Ὡς γὰρ ὀφθαλμὸν περιαγόμενον συνεχῶς, καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τὰ πλάγια περιφερόμενον, νῦν δὲ πρὸς τὰ ἄνω, καὶ κάτω πυκνὰ μεταστρεφόμενον, ἰδεῖν ἐναργῶς οὐχ οἷόν τε, ἀλλὰ χρὴ προσερεισθῆναι τὴν ὄψιν τῷ ὁρομένῳ, εἰ μέλλοι ἐναργῆ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν θέαν: οὕτω καὶ νοῦν ἀνθρώπου, ὑπὸ μυρίον τῶν κατὰ τὸν κοσμον φροντίδων περιελκόμενον, ἀμήχανον ἐναργῶς ἐνατενίσαι τῇ ἀληθείᾳ.

Vt enim oculum circumactum aſſidue, & nunc quidem in obliqua circumlatum, nũc verò ad ſuperna, & interna identidem reuerſum, cernere euidenter non poſſibile: ſed oportet affixum eſſe obtutum viſo, ſi futurus ſit, euidentem ipſius facere conſpectum: ſic & mentem hominis ab innumeris in mundo curis diſtractam, difficile euidenter intendere veritati.

Vt enim oculus continuo circumactu versatus, & nūc horsū illorsumq́; deflexus, nunc sursum deorsumq́; erectus vicissim, ac depressus, exactè cernere uequit, sed obtutu incumbere in rem vi sam eum oportet, siquidem conspicuum facturus est: hunc in mo dum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam, euidenter cernere veritatem vix est vt euenire possit.

Ὥς γὰρ) ut.n. respōdet ei quod sequitur οὕτω sic.

Ὀφθαλμὸν) oculum. ὁ ὀφθαλμὸς tertiæ declin.

Περιαγόμενον) accusatiuus participij præs. tem poris nominatiuus ὁ περιαγόμενος, à passiuo περιάγομαι. actiuum περιάγω, circumago, circumcudo, verso, à περὶ, & ἄγω: nec abijcit περὶ vocalē, licet uerbum ἄγω, incipiatur a vocali, p. 23. v. 22.

Συνεχῶς) συνέχω, contineo. inde συνεχὴς, conti nuus, primę decli. contractorum: τοῦ συνεχέος, τῶν συνεχέων, crasi συνεχῶν: & ν in σ cōuerso fit aduer biū συνεχῶς, quasi dicas continent; qua voce Cæsar vtitur pro assiduè, & citra intermissionem, cō tinenter bellū gerere. De huiusmodi aduerbiorū formatione, p. 80. v. 5. Pro περιελκόμενον συνεχῶς, Budæus habet, continuo circumactu versatus.

Καὶ νῦν μὲν) & nunc quidem. νῦν aduerbium tē poris.

Ἐπὶ τὰ πλάγια) in obliqua neutrū plurale accusatiui casus. Nominatiuꝰ singularis ὁ πλάγιος, obliquus, trāsuersus, tertię declin. Pro ἐπὶ τὰ πλάγια, Budæus, horsum, illorsumque.

Περιφερόμενον) φέρω, cōpositum περιφέρω, pass. περιφέρομαι, circunferor, partic. ὁ περιφερόμενος, ter tiæ declin. accusatiuus τὸν περιφερόμενον.

Πρὸς δὲ ἄνω, καὶ κάτω) sursum, ac deorsū. ἄνω ad-

uerbium

uerbiũ,ſurſum,ſuprà,κάτω, deorſum,infrà. Aduerbijs articuli adduntur in quouis genere,& numero, ſenſusq; redditur Latinè per conueniẽs aliquod participium,aut aliam quampiam uocem, quæ maximè quadrat. ὁ ἄνω, qui ſurſum uerſatur τὰ ἄνω,ſurſum ſita: τὰ κάτω, deorſum poſita, πρὸς τὰ ἄνω,ad ea,quæ ſurſum conſiſtunt.

Πρὸς) Præpoſitio iuncta eſt accuſatiuo. τὰ ἄνω.

Πυκνὰ) neutrum plurale ab adiectiuo πυκνὸς, denſus,frequens. Neutra uerò adiectiua in utroq; numero tanquam aduerbia ſunt. πολλὰ, multum, ſic πυκνὰ,frequẽter: pro quo Budæus,uiciſſim,id eſt identidem,crebrò,per interualla.

Μεταστρεφόμενον) accuſatiuus eſt. nominatiuus ὁ μεταστρεφόμενος, participium præſentis tẽporis, à paſſ. μεταστρέφομαι. Act. μεταστρέφω, cõuerto,reuerto: à μετὰ & στρέφω. Pro πυκνὰ μεταστρεφόμενον, i. frequenter conuerſum,uertit Bud. erectus uiciſſim,ac depreſſus. nam πρὸς τὰ ἄνω μεταστρέφεσθαι,i. ſurſum conuerti,non eſt aliud quàm erigi: cõtrà, πρὸς τὰ κάτω μεταστρέφεσθαι,deorſum conuerti,tã quàm eſt deprimi. id uerò per uices cõtingit ſibi mutuo ſuccedẽtes. ideò πυκνὰ μεταστρέφεσθαι dixit uiciſſim erigi,ac deprimi.

Ἰδεῖν) uidere,infin. ſec. aor. p. 109. v. 24. ἴ εἴδω.

Ἐναργῶς) manifeſtè,euidẽter aduerbium factũ à genitiuo plurali ἐναργῶν. Nominatiuus, ὁ καὶ ἡ ἐναργὴς,primæ declinationis cõtractorum.

Οὐχ) nõ οὐ,ante cõſonantẽ, οὐ ποιήσω: οὐκ ante uocalẽ tenuẽ, οὐκ ἐποίησα: οὐχ,ante aſpiratã οὐχ ἕπας.

Οἷόν

Oἷότε)οἷος, potens, poſſibilis: quod nomen Ionico more capit parelcon τε, οἷόςε. neutrũ οἷόν τε.

Χρὴ) oportet impersonale, p. 117. ver. 15.

Προσερειδῆναι) Simplex ἐρειδῆναι, vt τυφθῆναι, aoriſtus primus paſſiuus infinitiui modi: indicatiuus, ἠρείδην, à tertia perſona præteriti paſſiui ἤρεισαι: prima perſona ἤρεισμαι. præteritum actiuũ ἤρεικα, futurũ ἐρείσω: præſens ἐρείδω, id eſt firmo, figo: προσερείδω, applico, affigo. προσερειδῆναι τὴν ὄψιν, affigi oculum, ſiue aſpectum applicari.

Τὴν ὄψιν) ὄπτομαι, videto, præt. ὦμμαι, ſecũda pſona ὦψαι, hîc ablato ĩcremẽto verbale fit ἡ ὄψις, τῆς ὄψεος, τὴν ὄψιν, ſecundę decli. contractorum.

Ὁρωμένῳ) ei quod uidet. ὁράω, video, ὁράομαι, uideor, craſis ὁρῶμαι, ſecundæ coniugationis circũflexorũ. Participiũ ὁρώμενος, datiuus τῷ ὁρομένῳ: ꝓ quo Budæus dicit rẽ uisã. Nã huiuſmodi participijs ꝑteriti tpis ſæpius abutimur, & ad ſignificationẽ ꝑſentis accõmodamus, ꝙ Latini non habeãt participiũ ꝑſens à uerbo paſſiuo. Quãquam & Græci, & Latini participia crebrò ſolent uſurpare, nõ habita rõne tpis, ſed ſignificati: ut rẽ uiſam dicamus nõ eã ſolùm, quam tpe præterito uidimus, ſed oẽ id, in qđ oculus officio ſuo fungi põt. Sic Græci τὸ ὁρώμενον participio præſentis tẽporis appellant qcquid cerni põt, ſiue nũc in prę ſentia cernat, ſiue antea cõſpicuũ fuerit: licet iam lateat, neque appareat. i. τὸ ὁρώμενον: & uiſum pro obiecto uiſũs, ut phyſici loquuntur, accipimus.

Εἰ) coniunctio hîc poſita cum optat. εἰ μέλλοι.

Μέλλοι)opt.vt τύπτοι:indic.μέλλω:quod uerbum peculiariter gaudet infinitiuo: ſolentque Latini hanc phraſim reddere his verbis, futurum eſt: ut μέλλω ποιεῖν,futurum eſt,vt faciam μέλλω γράψαι, futurũ eſt, ut ſcribam μέλλω τύψαι, futurum eſt, ut uerberem : cuiuſmodi planè eadem ſunt cum futuris faciam,ſcribam,verberabo:uocum autem uſus eſt obſeruandus Nos rudium ducentes ratio nem,pro μέλλοι diximus futurus ſit.

Ε'ναργῆ)ὁ καὶ ἡ ἐναργὴς primæ declinationis cõtractorum: τοῦ καὶ τῆς ἐναργέος, τὸν καὶ τὴν ἐναργέα, craſi ἐναργῆ. id eſt,euidentem,manifeſtum,aut,ut Budæus dixit,conſpicuum.Hîc capitur in genere fœminino,eius ſubſtantiuum θέαν.

Αὐτοῦ)αὐτὸς,ipſe,p.77.v.13. neutrum αὐτὸ,genitiuus αὐτοῦ refertur ad ὁρωμένῳ, datiuum neutrũ. Budæus habet pro αὐτοῦ genitiuum rei,quia ὁρωμένῳ,uertit rem uiſam.

Ποιεῖσθαι)infin.à ποιέομαι,p.84.v.26. & in uoce paſſ.capit' actiuè,ideoque regit accuſ.à tergo τὴν θέαν.uide ſupra,p.38.uer.10.in παρεχομένῳ.

Θέαν)ἡ θέα,aſpectus,uiſus.At ἡ θεὰ,dea,utrũq; ſecundæ declin.accuſatiuus a θέα eſt τὴν θέαν.

Οὕτω)ſic,ante conſonantem οὕτω,ante vocalem οὕτως.

Α'νθρώπου)nominatiuus ὁ,καὶ ἡ ἄνθρωπος, tertiæ declinationis.

Υ'πὸ)hæc præpoſitio cũ genit.ſolet addi dictio nib. paſſiuè ſignificãtibus, vt apud Latinos à vel ab.τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, verberor abs te. ſic hoc loco,

ὑπὸ

ὑπὸ μυρίων φροντίδων περιελκόμενον.

Μυρίων) hoc explicatum est suprà, p.33.v.6.

Τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντίδων) Budæus vertit, mundi curis. Quomodo autem explicari possit articulus ille τῶν, iunctus præpositioni cũ casu κατὰ τὸν κόσμον, ostésum est supra p.34.v.2.a fine in verbis ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλῦν ἀμετρίας.

Κατὰ τὸν κόσμον) κατὰ, in, propositio, cum accusatiuo κόσμον: nominatiuus ὁ κόσμος, tertia declin.

Φροντίδων) ἡ φροντὶς, τῆς φροντίδος, τῶν φροντίδων.

Περιελκόμενον) ἕλκω, traho: περιέλκω, distraho: passiuum περιέλκομαι, partic. ὁ περιελκόμενος, τὸν περιελκόμενον, distractum. Est tũ præsentis temporis. vide de hoc in voce ὁρωμένῳ, supra, p.53.v.13.

Ἀμήχανον) μηχανὴ, conatus, machina: vnde per α priuatiuam particulam fit ἀμήχανον, difficile, quod nulla ratione, vel arte fieri possit.

Ἐνατενίσαι) ἀτενίζω, fixis oculis intueor. Fut. ἀτενίσω. Aor. prim^9 ἠτένισα, infin. ἀτενίσαι, ut τύψαι. cõpositũ. ἐνατενίσαι, ab indicat. prę̨senti ἐνατενίζω, quod datiuum regit τῇ ἀληθείᾳ rõne prępositionis ἐν. vide sup. p.13.v.18. in ἐπιφαινομένοις αὐτοῖς.

Nec mireris interpreté ἐνατενίσαι vertisse per infinitiuũ præsentis temporis, cernere, vt & priùs προσεδρεῦσαι incumbere, & ἰδεῖν cernere: quando quidem Aoristi varijs tribuuntur temporibus, & latissimè patet eorum significatio, & vsus.

Ἀληθείᾳ) veritati. Adiectiua in ης primæ decli. contractorũ faciunt substantiua fęminina in εια, ἐναργὴς, Quidés: ἡ ἐνάργεια, euidẽtia: ἀληθὴς, verus: ἡ ἀλή-

ἡ ἀλήθεια, veritas, τῆς ἀληθείας, τῇ ἀληθείᾳ p ᾳ diphthongum impropriam, & hoc differt à nominatiuo ἀλήθεια.

Ἀλλὰ τὸν μὲν οὔπω, τοῖς δεσμοῖς τοῦ γάμου συνεζευγμένον, λυσσώδεις ἐπιθυμίαι, καὶ ὁρμαὶ δυσκάθεκτοι, καὶ ἔρωτές τινες δυσέρωτες ἐκταράσσουσι.

Sed quidem nondum vinculis nuptiarum constrictũ, rabidæ cupidines, & impetus irretenti, & amores quidam perditi perturbant.

Atque ei quidem, qui nõdum coniugalibus vinculis adstrictus est, rabida cupidines, & impetus effrenes, amoresq; incessunt perditissimi.

Δεσμοῖς) datiuus plur. noĩatiuus ὁ δεσμὸς, tertiæ decli. Est verbale à δέω, ligo. p. 98. v. 10. in fine.

Γάμου) ὁ γάμος, nuptiæ. Tertiæ declinationis est singulare, quũ nos utamur plurali, nuptiæ. Vide supra, p. 13. uer. 18. in ἐπιφαινομένης.

Συνεζευγμένον) ζεύγνυμι, tẽpora sumit a ζεύγω, vt scriptum est p. 114. v. 11. in uerbo ἄγνυμι. fut. igitur ζεύξω, pręt. act. ἔζευχα, pass. ἔζευγμαι, participiũ ἐζευγμένος, et compositum συνεζευγμένος. accus. τὸν συνεζευγμένον, verbum, tamẽ scribitur συζεύγνυμι, non autẽ συνζεύγνυμι, ut συζάω non συνζάω, p. 115. uers. 21. Est autem συνεζευγμένος, coniugatus, pro quo Budæus, constrictus.

Λυσσώδεις) multa sunt adiect. in ώδης cõmunia primæ declin. contractorũ: ἀνὴρ, ἀνδρὸς, uir, uiri, ἀνδρώδης, uirilis, ἰξὸς, uiscum, ἰξώδης, uiscosus. Sic λύσσα, rabies, λυσσώδης, rabid⁹, τοῦ καὶ τῆς λυσσώδεος, plur. οἱ, καὶ αἱ λυσσώδεες, crasis λυσσώδεις.

Ἐπιθυμίαι) nominatiuus pluralis: singularis ἡ ἐπιθυμία, concupiscentia, secundę declinationis.

Ὁρμαὶ) ἡ ὁρμὴ, ſecundæ declinat. impetus, ſubitus animi affectus, & motus, quo temere huc, vel illuc impellitur: cuiuſmodi eſt in animantibus dolentibus, aut alio affectu ſubito raptis.

Δυσκάθεκτοι) retentu difficiles ἕξω, fut. ἔχω: per aſpirationẽ, quæ manet in pręte. εἶχα. paſſ. εἶγμαι, εἶξαι, εἶκται. vnde ablato incremento fit verbale ἑκτὸς, ſic à cõpoſito κατέχω, i. retineo, verbale κάθεκτος, i. cohibitus, & retẽtus, & licet ſcribat κατέχω, tamen per θ ſcribitur κάθεκτος. Nã κατέχω fit à κατὰ, & ἔχω, at κάθεκτος, ab, ἑκτὸς, qđ hẽt aſpirationẽ. A κάθεκτος fit δυσκάθεκτος retẽtu difficilis, & q cohiberi non poteſt. i. effrenis. Particula verò δυς in cõpoſitione ſignificat difficultatẽ, impoſſibilitatẽ, malum, & pernitioſum, cuius cõtrariũ eſt εὖ. Quũ ſit aũt ὁρμαὶ fęmininũ, tñ non dixit δυσκάθεκται, ſed δυσκάθεκτοι. Attici nãq; adiectiua in ος cõmuni genere ſolent vſurpare, p. 81. v. 7.

Ἔρωτές τινες) ἔρος, amor, τοῦ ἔρωτος: plur. ἔρωτες, quintæ declinationis. τινες encliticum à nominatiuo τὶς remittit accentum.

Δυσέρωτες) ab ἔρως fit adiectiuũ δυσέρως. i. perditè amãs, aut minimè amãdus. explica particulam δυς, ut loco quadrabit, ἔρωτες, δυσέρωτες, amores perditiſſimi, aut amores infelices, & pernicioſi.

Ἐκταράσσουσι) ταράσσω, turbo ἐκταράσσω, conturbo, moleſtus ſum. Præpoſitio ἐκ in compoſitis ſæpe facit ad auxeſin ἐκκάμνειν, ſupra modum defatigari, ἐξασθενεῖν, valde debilitari, ἐκταράσσουσι, tertia perſona pluralis.

c Τὸν

Τὸν δὲ ἤδη κατειλημμένον ὁμοζύγῳ ἕτερος θόρυβος φροντίδων ἐκδέχεται. ἐν ἀπαιδίᾳ, παίδων ἐπιθυμίᾳ. γυναικὸς φυλακὴ, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκετῶν προστασίαι, αἱ κατὰ τὰ συμβολαῖα βλάβαι, οἱ πρὸς τοὺς γείτονας διαπληκτισμοὶ, αἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις συμπλοκαὶ, τῆς ἐμπορίας οἱ κίνδυνοι, αἱ τῆς γεωργίας διαπονήσεις. πᾶσα ἡμέρα ἰδίαν ἥκει φέρουσα τῆς ψυχῆς ἐπισκότησιν, καὶ αἱ νύκτες τὰς μεθημερινὰς φροντίδας παραλαβοῦσαι, ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν.

At iam occupatum coniuge alter tumultus curarum excipit: in orbitate prolium desiderium, vxoris custodia, domus procuratio, ministrorum præfecturæ, in contractibus damna, cum vicinis digladiationes, in foro concertationes, negociationis pericula, agriculturæ labores. Vnaquæque dies propriam venit ferens animi caliginem, & noctes diurnas curas excipientes, in eisdem phantasijs fallunt mentē.

Coniugio autem mancipatum curarum agmen excipit. in orbitate desiderium prolis, uxoris custodia domestica procuratio, seruilium officiorum constitutio, damna ciuilibus in contractibus accepta, digladiationes cum vicinis, forenses concertationes. negotiationis alea, agricultura labores Vnaquaque dies suam affert animo caliginem, iam verò noctes diurnas curas excipientes, per easdem rerum species imposturam menti factitant.

Ἤδη) iam. Quamquam huiusmodi particulæ, quas facilè commonstrauerit Lexicon, non est necesse curiosius recensere, vt neq; quoties sese offeret casus nominatiu⁹, aut pręsens indicatiui primę personę, quandoquidem has meditationes in hoc tantum cōscripsimus, vt verborum themata, & casum nominatiuum, grammaticis innixi præceptis reperiamus.

Κατειλημμένον) λαμβάνω tempora sumit à λήβω, futurum, λήψω, præteritum actiuum, λέληφα, &

Attice

Atticè εἴληφα,p.63.v.29.pasſiuum εἴλημμαι,participium εἰλημμένος. ſic à καταλαμβάνω κατειλημμένος.accuſ.τὸν κατειλημμένον.

Ὁμοζύγῳ)ὁμόζυγος,cõiux.Multa deriuantur ab ὅμος,ſimilis.ὁμόψηφος,eiuſdem ſententię,& ſuffragij:ὁ ὁμόχρονος,coætaneus:ὁμόζυγος,cõiux dicitur, quod eiuſdem ſit iugi, & pari cũ marito iũgatur copula,à ζυγὸς, ideſt iugũ.datiuus τῷ ὁμοζύγῳ tertiæ declinationis.

Ἕτερος θόρυβος φροντίδων)alter,vel alius tumultus curarum,ἕτερος θόρυβος,tertiæ declinationis, φροντίδων,φροντίς.

Ἐκδέχεται) ἐκδέχομαι,excipio a δέχομαι,tertia perſona ſingularis ἐκδέχεται,vt τύπτεται.

Ἀπαιδία)παῖς,παιδὸς,puer.proles,ἄπαις,ἄπαιδος,orbus,ſine liberis,vnde ἡ ἀπαιδία,orbitas,ſecundæ declĩn.vt antè diximus à σωτὴρ,σωτῆρος,fieri ἡ σωτηρία,ſalus:ſuprà,pag.47.ver.1.

Παίδων)liberorũ,prolium.à nominatiuo παῖς, παιδός.

Ἐπιθυμία)θυμὸς,animus.ἐπιθυμέω,concupiſco, à præpoſitione ἐπὶ,in,quaſi in animo gero.ἐπιθυμία,deſiderium,auiditas,concupiſcentia.

Γυναικὸς)ἡ γυνὴ,vxor: genitiuus τῆς γυναικὸς,ab inuſitato noie γύναιξ,vide heteroclita,p.88 v.7.

Φυλακὴ)verbalia plurima ſeruant figuratiuam literam ſecundi aoriſti,quæ in verbis quartæ coniugationis eſt γ,ſi futurum deſinat in ξω, pagi.7. ver.1.Itaq; à verbo σφάζω,iugulo,fut.σφάξω, aoriſtus ſecun.ἔσφαγον,verbale nomẽ ἡ σφαγὴ,cędes,

ἐπιτάττω, impero: ἐπιταγὴ, imperiũ. sic à φυλάττω, custodio foret nomen, ἡ φυλαγὴ, custodia, per γ: dicitur tamen φυλακή. si quidem huiusmodi mutarum tenuis aspiratæ, & mediæ, magna est inter sese affinitas, traduntque operas mutuas, vt crebrò aliam pro alia reperias. aut fit ἡ φυλακὴ à nomine φύλαξ, custos τοῦ φύλακος. vnde ἡ φυλακή.

Οἴκου ἐπιμέλεια) domus procuratio, cura, & diligentia οἶκος, domus, tertiæ declin. ἐπιμελής, accuratus, diligẽs: vnde ἡ ἐπιμέλεια, diligẽtia, vt ἀλήθεια ab ἀληθής. de hoc sup. p. 55. v. 26. in ἀληθείᾳ.

Οἰκετῶν (ὁ οἰκέτης, famulus, primę decli. τῶν οἰκετῶν, accentui circunflexo in vltima, p. 116. v. 18.

Προεστάναι) προΐστημι, præsideo, & præsum. à πρὸ & ἵστημι. προΐσταμαι, præficio, præfecturam cõfero. simplex verbũ ἵστημι, futurũ στήσω, præt. act. ἕστακα, pas. ἕσταμαι, ἕστασαι. Sic à cõposito προΐσταμαι, pręteritũ προέσταμαι, προέστασαι. vnde ablato incremẽto fit duplex nomẽ uerbale, προστασία, ἡ πρόστασις, id est, præfectura præsidentia, plurale αἱ προστασίαι.

Αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι) vim articuli efficientis præpos. cum casu, pulchrè expressit participi. damna ciuilibus in contractibus accepta.

Συμβόλαια) à βάλλω, cõpositum συμβάλλω. quòd præter alia significat pacisci, & cõtractus, cõuentaque inire: vnde verbale συμβολὴ, & inde συμβόλαιον, hoc est pactum, & cõtractus. Fermè autem huiusmodi verbalia à βάλλω, & cõpositis efferuntur per ο, non α, vt βολή, προσβολή, καταβολή, sic συμβολή, & inde ἐπιβόλαιον, vt συμβόλαιον, &c.

Βλάβας) βλάπτω.noceo:sec.aor.ἔβλαβον,tanq̃ à themate βλάβω,p.95.v.14.Hinc verbale βλάβη,dãnũ,per idem effertur characteristicon nempe β.

Γείτονας) ὁ γείτων,vicin⁹,τοῦ γείτονος,habito genitiuo facilè ad reliquos cas⁹ pueneris,τοὺς γείτονας.

Διαπληκτισμοὶ) πλήττω,percutio,fut.πλήξω:pte. actiũ πέπληχα,πέπληγμαι,πέπληξαι,πέπληκται: vnde verbale πλήκτης percussor,& per metaphoram obiurgator,& cõuiciator, vnde verbum πληκτίζω,aut πληκτίζομαι.Illa enim in ίζω,& ίζομαι passim à quouis deducũtur,vt doctis autorib. visum est compositum διαπληκτίζομαι,verbũ deponens, idest,decerto,pugno,cõtendo.fut.à πληκτίζω, est πληκτίσω. præt.actiuũ πεπλήκτικα,pass. πεπλήκτισμαι. Vnde verbale ablato incremẽto ὁ πληκτισμὸς,p.84.v.21.sic à διαπληκτίζομαι,verbale διαπληκτισμός.Vtrũ verò recepta sint πληκτίζω, πληκτίζομαι,an tãtũ διαπληκτίζομαι, docebit assidua lectio:tantũ ostẽdimus quo pacto verba fiãt, quæ quidem,nunc actiua,nunc contra passiua, nunc simplicia,nunc cõposita solum in vsu versantur, quemadmodum apud Latinos reperiuntur cõposita aspicio,conspicio,despicio,& inde aspectus, conspectus,despectus: nõ autem simplex specio, licet vsurpetur nomen species.

Δικαστηρίοις) δικάζω,fut.δικάσω, præteritũ actiuum δεδίκακα,pass.δεδίκασμαι,δεδίκασαι,δεδίκασται:vnde verbale τὸ δικαστήριον forũ iudiciale, tribunal.datiuus pluralis τοῖς δικαστηρίοις tertię declinationis;nam δικάζομαι,idest,lites ago,cõtendo.

Συμπλοκαί) πλέκω, συμπλέκω, συμπλέκωμαι, cōfligo, negotiū habeo cū aliquo. Verbale ἡ συμπλοκὴ congressio, conflictus, secūdæ decl. migrat α in ο, vt suprà dictum, p. 21. v. 19. in τρόπου.

Εμπορίας) πόρος, quęstus, prouētus, ἔμπορος, mercator, ἡ ἐμπορία, τῆς ἐμπορίας, secundæ decl. à præpositione ἐν, & nomine πόρος. uide supra, pag. 43. ver. 3. in ἔνοικα πάθη.

Κίνδυνοι) nominatiuus pluralis, à singulari, ὁ κίνδυνος, periculum: pro quo Bud. posuit aleam.

Γεωργίας) γέα, & per crasin γῆ, terra, ἔργον. opus, inde γεωργὸς, agricola, ἡ γεωργία, agricoltura, τῆς γεωργίας.

Διαπονήσεις) πονέω, laboro, fut. πονήσω, pręt. actiuum πεπόνηκα, pass. πεπόνημαι, πεπόνησαι, verbale ἡ πόνησις, p. 84. v. 25. secundæ declin. contractorum, τῆς πονήσεος, αἱ πονήσεες, & crasi πονήσεις. cōpositum διαπονήσεις, à nominatiuo διαπόνησις, à verbo διαπονέομαι, excolo, elaboro.

Πᾶσα ἡμέρα) ἡμέρα, dies, secundæ declin. ὁ πᾶς. omnis: fœmininum ἡ πᾶσα, neutrum τὸ πᾶν.

Ιδίαν) ἴδιος, pprius fęm. ἡ ἰδία, τὴν ἰδίαν. Quō verò se habeāt fœm. adiectiuorū, scriptū, p. 81. v. 2.

Ἥκει) ἥκω, ἥκεις, ἥκει, venio, venis, venit.

Φέρουσα) φέρω, fero. particip. ὁ φέρων, ἡ φέρουσα.

Ψυχῆς) ἡ ψυχὴ, secundæ declin. τῆς ψυχῆς.

Επισκότησιν) σκότος, tenebrę verbū σκοτέω, fut. σκοτήσω. præteritum actiuum ἐσκότηκα, passiuum ἐσκότημαι, ἐσκότησαι: vnde verbale ἡ σκότησις, pa. 84. v. 25. τῆς σκοτήσεως, τὴν σκότησιν, compositum

ἐπισκότησιν. nominatiu⁹ ἡ ἐπισκότησις, ſecũdę decli. contractorum, a verbo ἐπισκοτέω, obtenebro.

Νύκτες) ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς, nox noctis, pl. αἱ νύκτες.

Μεθημερινὰς) ἡμέρα, dies, μεθ' ἡμέραν, p apoſtrophon pro μετὰ ἡμέραν, propriè ſignificaret poſt diem, quia μετὰ iuncta accuſatiuo ſignificat poſt: verum Atticè capitur pro ἐν ἡμέρᾳ, ſ in die, per diẽ interdiu. Cęterum quia ratione apoſtrophi legit̃ μεθ' ἡμέραν, tanquam vnica dictio μεθημέραν, fit in de adiect. ὁ μεθημερινὸς, diurnus, ἡ μεθημερινὴ, accuſ. plur. τὰς μεθημερινάς.

Φροντίδας) ἡ φροντὶς, τῆς φροντίδος, τὰς φροντίδας.

Παραλαβοῦσαι) λαμβάνω, ſecund. aor. act. ἔλαβον. particip. ὁ λαβὼν, ἡ λαβοῦσα. compoſitum παραλαβοῦσα, à παραλαμβάνω, plurale, αἱ παραλαβοῦσαι.

Αὐταῖς) dat. plur. ab αὐτὴ pronomine relatiuo: quod nõ ſolum ſignificat ipſum, ſed etiã capitur pro eõdem, αὐταῖς φαντασίαις, eiſdem phantaſijs.

Φαντασίαις) φαίνω, fut. φανῶ, prӕt. πέφαγκα, paſ. πέφαμμαι: πέφανσαι, πέφανται, verbale φαντὸς, vnde verbum φαντάζομαι. finge vocẽ actiuã φαντάζω, fut. φαντάσω, prӕt. actiuũ πεφάντακα, paſſ. πεφάντασμαι, ſecũda perſona, πεφάντασαι, vnde nomẽ verbale, ἡ φαντασία, p. 84. v. 25. ſecundӕ declin. datiuus pluralis, ταῖς φαντασίαις.

Ἐξαπατῶσι) ἀπατάω, fallo, tertia plu. ἀπατάουσι, craſis ἀπατῶσι, cõpoſ. ἐξαπατάω, ἐξαπατῶσι.

Τούτων δὲ φυγὴ μία, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντὸς κόσμου δὲ ἀναχώρησις, οὐ τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν

 ἀποῤῥη-

ἀποῤῥῆξαι, καὶ γενέσθαι ἄπολιν, ἄνοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον ἀκτήμονα ἄβιον, ἀπράγμονα, ἀσυνάλλακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρωπίνων διδαγμάτων, ἕτοιμον ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις.

Horum autē fuga vna separatio à mūdo vniuerso: Mundi verò secessus non extra ipsum fieri corporaliter, sed cū corpore consensu animum abrumpere, & fieri extorrem, sine domo, carentem proprio, nescium sodalitatis, inopem, sine facultatibus, vacantem negocijs, alienum à contractibus, rudem humanarum disciplinarum, paratum admittere corde ex diuina doctrina ingenitas formationes.

Quarum rerum vna demum cautio est, si ab omni se mundo abdicauerit, qui hanc vitare molestiam instituerit. Est verò secessus à mundo, non extra mundum esse corpore, caeterum à consensu corporis, mutuaq; affectione animum abrumpere, non ciuem esse, non domum possidere, non familiam, nihil proprium habere, non sodalitatis officia, non amicitiam colere, predia nulla, nullas facultates habere, negotijs vacare, iuris gentium contractus, humanasq; disciplinas non nosse ita se comparare, cor vt humanum aptum sit admittere disciplinam ex diuinis monumentis informatam.

Τούτων) genitiuus pluralis demonstratiui neutri generis ταῦτα: masculinum οὗτος, foemininum αὕτη, pag. 76. ver. 27.

Φυγὴ) φεύγω. fugio, secū. Aor. ἔφυγον, verbale nomen ἡ φυγή, fuga. vide sup. p. 59. v. 27. in φυλακῇ.

Μία) εἷς, vnus, p. 12. v. 28. foemininum μία, vna.

Χωρισμὸς) χωρίζω, separo, fut. χωρίσω, præteritū actiuum κεχώρικα, passiuum κεχώρισμαι, verbale ὁ χωρισμὸς, p. 84. ver. 28.

Κόσμου) ὁ κόσμος, mundus, genitiuus τοῦ κόσμου.

Παντὸς) ὁ πᾶς τοῦ παντὸς, quintæ declinationis.

Αναχώ-

Ἀναχώρησις) χωρέω, fut. χωρήσω, præt. actiuum κεχώρηκα, pas. κεχώρημαι, κεχώρηται, Verbale χώρησις, p. 84. v. 25. compositum ἀναχώρησις, secessus ab ἀναχωρέω, secedo.

Τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι) articulus τὸ afficit orationē quæ cōstat ex infini. id nempe, extra mundū esse.

Ἔξω αὐτοῦ) aduerbiū cū geni. quibusdā Latinorū præpositionib. respondent Græcorū aduerbia.

Γενέσθαι) γίγνομαι, secūdus aorist. med. ἐγενόμην, pag. 107. v. 9. infinitiuus, γενέσθαι, vt τυπέσθαι, ab ἐτυπόμην.

Σωματικῶς) τὸ σῶμα, corpus. τοῦ σώματος, inde adiectiuū σωματικός, corporalis, genitiuus pluralis τῶν σωματικῶν, à quo aduerbium σωματικῶς, migrante ν, in ς, pag. 80. v. 5.

Πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας) scripsimus suprà pa. 14. v. 20. in voce ὁμοιότητος, cuiusmodi dictionib. addat præpositio πρός. Budæus vertit συμπάθειαν πρὸς τὸ σῶμα, corporis consensum, & mutuam affectionem.

Συμπαθείας) πάσχω, patior. secundus aorist. ἔπαθον à πήθω, vnde nomina ἀπαθής, δυσπαθής, &c. per α & θ. sic à composito συμπάσχω, idest, cōdolesco, & alienis incommodis afficior, siue tāgor, fit συμπαθής, qui eiusdem est affectus, vnde substantiuū ἡ συμπάθεια, quasi dicas cōdolentia naturalis, seu ille consensus animi cum corpore.

Ἀπορρῆξαι) ῥήγνυμι, frāgo, rūpo. futurum ῥήξω, p. 114. v. 28. aor. primus ἔρρηξα, infinitiuus ῥῆξαι, compositū ἀπορρῆξαι, abrūbere, ab ἀπορρήγνυμι,

per

per geminum ρ, pag. 114. v. 19.

Α᾿πολιν) ἡ πόλις, ciuitas. vnde ἄπολις, extorris, q ciuitate destituitur, aut careat qui non est ciuis.

Magnus hoc loco catalogus eorũ, quę fiũt p α particulã priuatiuã: q̃ quidẽ Budęus nõ eadẽ semper voce reddidit, licèt cõpositionis rõ sit vna in oĩbus: ideoq; ut in cęteris, ita & in istis iuuabimur copia, vt nobis obuia sint q̃cunq; scitè, & commodè priuationẽ significãt: deinde cõminiscemur apta verba, quib. negationẽ tribuamus, ἄπολιν γενέσθαι vertit, nõ esse ciuẽ: ἄοικον, nõ possidere domũ, nõ familiã, q̃ quidẽ multis alijs verbis rectè verti pñt. ἄπολιν γενέσθαι, ciuitatẽ ignorare, ciuitate carere, ciuitate destitutũ esse: & item ago, & alio pacto, vtcunq; cõmodũ erit negationem explicare.

Α᾿οικον) quoties α præfigitur vocalibus, solet interseri ν, ἄξιος, dignus ἀνάξιος, indignus. verum id nõ est perpetuum, vt ἄεργος, ἄϋπνος, ἀόρατος, ἄοκνος, ἄωρος, ἄωτος sic ab οἶκος, domus, adiectiuum formatur ἄοικος, qui domo caret.

Ανίδιον) ἴδιος proprius priuatus. ἀνίδιος, qui nihil habet proprium, quod sibi peculiariter vẽdicet.

Αφιλέταιρον ἑταῖρος, sodalis, amicus: φιλέταιρος, sodalium studiosus, & amicitiã colens: ἀφιλέταιρος, qui sodalitatis, & amicitiæ officia non colit.

Ακτήμονα) κτάομαι, acquiro. possideo. ἀκτήμων, inops, qui prædia non habet. Multa in μων deducũtur à futuro vocis actiuæ, μνάομαι, reminiscor, futurum actiuum esset μνήσω: inde μνήμων, memor. sic à κτάομαι, futurum actiuum κτήσω: vnde

si receptū esset, diceret κτήμων, opulētus: q̃ multa possidet. hinc ἀκτήμων, qui possessionib. destitutus est: genit. ἀκτήμονος, accusat. τὸν ἀκτήμονα.

Ἄβιον) βίος uita, uictus, & facultates, quibus vita sustinetur, quæq; ad vsum uitę pertinent. hinc ἄβιος is dicitur, qui ijs rebus caret.

Ἀπράγμονα) πρᾶγμα res. capitur pro negotio, & molestia: vt παρέχειν πράγματα, facessere negotiū. hīc fit ἀπράγμων, q. nec alijs exhibet negotiū, nec ipse libenter negotijs innoluitur, τοῦ ἀπράγμονος.

Ἀσυνάλλακτον) ἀλλάττω, inde συναλλάττω, contraho, paciscor, ineo contractus, & conuenta: tertia persona pręt. pas. συνήλλακται, verbale συνάλλακτος pag. 84. v. 28. vnde ἀσυνάλλακτος, vt συγκάθεκτος, à κατέχω, suprà pag. 57. v. 2.

Ἀμαθῆ) μανθάνω, disco, secun. aor. ἔμαθον, ab insitato μάθεω. hinc ἀμαθής, genit. ἀμαθέος, primę decli. cōtract. τὸν ἀμαθέα, crasis ἀμαθῆ, idest, rudem, nescium, indoctum. Crebrò verò genit. habent ista adiectiua, quæ fiūt ex particulis, α, ἀ, δυς, quorum exempla sunt passim obuia.

Ἀνθρώπινον) ἄνθρωπος, hō: ἀνθρώπινος, humanus.

Διδαγμάτων) διδάσκομαι, à διδάσκω, facit pręt. pass. δεδίδαγμαι, verbale τὸ δίδαγμα, pa. 84. v. 24. τοῦ διδάγματος, τῶν διδαγμάτων.

Ὑποδέξασθαι) δέχομαι, futurum δέξομαι, Aorist. primus ἐδεξάμην, infinitiuus δέξασθαι, compositū ὑποδέξασθαι.

Καρδίᾳ) datiuus à nominatiuo ἡ καρδία, secundæ declinationis.

Θείας) ὁ Θεὸς, Deus: inde ὁ θεῖος, diuinus.

Διδασκαλίας) Genitiuus a nominatiuo, ἡ διδασκαλία, à διδάσκαλος.

Ἐγγινομένας) γίνομαι, particip. γινόμενος, ἡ γινομένη, τὰς γινομένας. Compositum ἐγγινομένας, ab ἐγγίνομαι, intus generor, innaſcor, quaſi intus fio.

Διατυπώσεις) à nomine τύπος fit verbum τυπόω, fut. τυπώσω, præt. act. τετύπωκα, paſſ. τετύπομαι, τετύπωσαι: vñ uerbale ἡ τύπωσις, p. 84. v. 25. τῆς τυπώσεως. accuſatiuus pl. τὰς τυπώσεας, craſis τυπώσεις: cõpoſitũ διατυπώσεις, à verbo διατυπόω.

Ἑτοιμασία δὲ καρδίας, ἡ ἀπομάθησις τῶν ἐκ πονηρᾶς συνηθείαν προκαταχόντων αὐτὴν διδαγμάτων.

Præparatio verò cordis, obliuio ex praua conſuetudine anteoccupantium ipſum doctrinarum.

Eſt autem huiuſcemodi cordis comparatio, quum ea doctrina dediſcuntur, quę praua conſuetudine ſedẽ in ipſo occupauerunt.

Ἑτοιμασία) ἑτοιμάζω, futurum ἑτοιμάσω, pręteritum actiuũ ἡτοίμακα, paſſiuum ἡτοίμασμαι, ἡτοίμασαι. unde ἡ ἑτοιμασία. uerbale.

Ἀπομάθησις) μαντάνω, tempora ſumit à μαθέω, futurum ματήσω, præteritum act. μεμάθηκα, paſſiuum μεμάθημαι, μεμάτησαι: unde ἡ μάθησις, inde ἀπομάθησις ab ἀπομαντάνω.

Συνηθείας) συνήθης, conſuetus: ἡ συνηθεία, conſuetudo, τῆς συνηθείας, ſuprà pag. 55. v. 26. in ἀληθεία.

Προκαταχόντων) ἔχω, ſecundus Aoriſtus ἔχον à uerbo χέω, pagina 110. uerſ. 6. participium χῶν, χόντος, τῶν χόντων. Compoſitum autem καταχῶν, a κατέχω: inde προκαταχῶν, a, προκατέχω, ideſt,

prius

priùs occupo. Præpositio πρὸ in compositis quandoque præcedẽs tempus indicat: vt apud Latinos præ, in verbo præuerto, & consimilibus.

Οὔτε γὰρ ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ καταλεάναντα τοὺς ἐνατοκειμένους χαρακτῆρας. οὔτε ψυχῇ δόγματα θεῖα παραδέξασθαι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα.

Neq; enim in cera scribere possibile, non delentem insitos characteres, neque animæ placita diuina accommodare, non ex consuetudine anticipatas opiniones ex ea eximentem.

Nam neque in tabulis cereis scribere possis, nisi prius literas induxeris, quæ antè scriptæ fuerũt, neq; animæ priùs diuina placita accõmodaris, quam anticipatas opiniones ab ea exemeris.

Κηρῷ) datiuus à nominatiuo ὁ κηρὸς, cera: tertiæ declinationis.

Γράψαι) γράφω. scribo. Aor. primus ἔγραψα, infinitiuus γράψαι.

Δυνατὸν) δύναμαι, possum verbum deponens secundæ coniugationis in μι, vt ἵσταμαι. finge vocem actiuam δύνημι. futurum δυνήσω, præteritũ actiuũ δεδύνηκα, pas. δεδύναμαι per α, quia semper penultima præteriti passiui verborũ in μι est breuis, p. 47. v. 24. tertia persona δεδύναται: verbale ὁ δυνατὸς, ἡ δυνατὴ, τὸ δυνατὸν, possibilis, possibile.

Καταλεάναντα) λεαίνω, & inde καταλεαίνω. deleo, futurũ λεανῶ, aor. primus ἐλέανα, participium λεάνας, λεάναντος, τὸν λεάναντα, καταλεάναντα. Posuit Budęus hoc loco verbum inducere, cuius vsus est propriè quum de opere tectorio fit sermo: & pro abolere capiunt. Sueton. Amplissimis verbis collaudatum in integrũ restituit, inducto priori de-

creto. Et alio loco multa, & deleta, & inducta, & superscripta inerãt. Siquidem illito chartis attramento tanquam delentur, quæ priùs scripta fuerant. Vide Comment. Budæi in verbo Εμπλάττω. Cęterum μὴ καταλεάναντα τοὺς χαρακτῆρας, vertit, Nisi prius literas induxeris. Nã participia significationis prçteritç quũ nõ sint Latinis à verbo actiuo, necesse est, vt vtamur verbo præteriti tẽporis, nisi prius induxeris, vel, Vbi nõ induxeris: aut capiamus participium præt. pass. & orationẽ actiuã cõmutemus in passiuã, καταλεάναντα τοὺς χαρακτῆρας, inductis literis, siue deletis characteribus.

Ενατοκειμένους) κεῖμαι, iaceo, p. 101. v. 25. compositum ἀπόκειμαι: hoc ἐναπόκειμαι, participium ὁ ἐναποκείμενος.

Χαρακτῆρας) χαράττω, sculpo, imprimo. tertia persona p̃teriti pass. κεχάρακται: vnde χαρακτὴρ, verbale, pag. 84. v. 28.

Δόγματα) τὸ δόγμα, verbale à δοκέω, aut potius inusitato themate δόκω, præt. passiuum δέδογμαι: hinc δόγμα, p. 84. v. 24.

Παραθέσθαι) θέσθαι, secundus Aor. med. infinitiui à τίθεμαι, p. 64. v. 6. παρατίθεμαι, παραθέσθαι.

Ἔθους) τὸ ἔθος, τοῦ ἔθεος, crasis ἔθους, vt τείχους.

Προλήψεις) λαμβάνω, futurum λήβω, λήψω, prçteritum act. λέληφα, passiuũ λέλημμαι, λέληψαι: verbale ἡ λῆψις p. 84. v. 25. τῆς λήψεως, accusatiuus pluralis τὰς λήψεας, λήψεις, per crasin: sic πρόληψις, τὰς προλήψεας, crasis προλήψεις, à composito προλαμβάνω.

Εξε-

Ἐξελόντα) ἐξαιρέω, eximo, simplex αἱρέω, secundus Aorist. capitur ab ἕλω, & est εἷλον, participium ἑλών, ἑλόντος: compositum ἐξελών, ἐξελόντος, accusatiuus τὸν ἐξελόντα.

Πρὸς δὴ τοῦτο, μέγιστον ὄφελος ἡ μὲν ἡ ἐρημία παρέχεται, κατευνάζουσα ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ σχολὴν διδοῦσα τῷ λόγῳ παντελῶς αὐτὰ τῆς ψυχῆς ἐκτεμεῖν.

Ad verò hoc maximam vtilitatem nobis solitudo præbet consopiens nostras perturbationes, & ocium dans ratio ni omnino ipsas ex anima elidendi.

Ad id autem assequendum solitudo grande operæ pretium affert, vtpote, quæ perturbationes animi consopire solita sit, spatiumq; deinde indulgere vi ratiocinationis ipsas stirpitus ex anima elidendi.

Πρὸς δὴ τοῦτο) ad id autem, dictionem assequendum explicādi gratia posuit, quomodo solet Cicero vsurpare præpositionem Ad, vt commodum subaudiatur gerundium.

Μέγιστον) superlatiuis à μέγας, pag. 84. v. 3.

Ὄφελος) vtilitas nomen neutrum, ut τεῖχος.

Κατευνάζουσα) εὐνή, cubile. εὐνάζω, sopio. compositum κατευνάζω, participium κατευνάζων, ἡ κατευνάζουσα, vtpote quæ consopire solita sit. Sæpius imperfectum reddunt per solet, aut consueuit.

Διδοῦσα participium præsens fœmininum a δίδωμι, pag. 68. v. 24.

Ἐκτεμεῖν) τέμνω, secundus aoristus ἔτεμον, pagin. 115. versu 29. infinitiuus τεμεῖν: sic ἐκτέμνω, ἐκτεμεῖν.

Ὡς γὰρ τὰ θηρία εὐκαταγώνιστά ἐστι καταψυχθέντα· οὕτως ἐπιθυμίαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ φόβοι, καὶ λῦπαι, τὰ ἰοβόλα τῆς ψυχῆς κακὰ, κατευνασθέντα διὰ τῆς ἡσυχίας,

καὶ

καὶ μὴ ἐξαγριαινόμενα τῷ συνεχεῖ ἐρεθισμῷ, εὐκαταγωνιστότερα τοῦ δυνάμει τοῦ λόγου γίνεται.

Vt enim feræ faciles superatu sunt permulsæ, sic concupiscentiæ, iræ, pauores, & mœrores, venefica animæ mala, consopita per quietem, & non exasperata assiduo irritamento, superabiliora vi rationis fiunt.

Vt autem feræ bestiæ blanda manu permulsæ, leui certamine superantur, ita libidines, pauores, mœrores, animæ venefica mala, consuetudine consopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiunt.

Εὐκαταγώνιστα) ἀγωνίζομαι, tertia persona præteriti ἠγώνισται, verbale ἀγωνιστός, p. 84. v. 28. compositū καταγώνιστος, superabilis, à καταγωνίζομαι, vinco, supero, δυσκαταγώνιστος, qui facilè vincitur. Nā εὖ in cōpositis significat facilè, procliuè, pronum, ac bonum. vide supra, pag. 47. v. 5. δυσκάθεκτοι.

Ἔστι) verbum singulare iungitur nomin. plurali, neutr. generis θηρία, more Attico, p. 121. v. 19.

Καταψυχθέντα) ψήχω, fut. ψήξω, præteritū ἔψηχα, pas. ἔψηγμαι, ἔψηξαι, ἔψηκται, aor. pri. ἐψήχθην, partic. ὁ ψηχθεὶς, τὸ ψηχθὲν, τοῦ ψηχθέντος, pluralè τὰ ψυχθέντα, cōpos. καταψυχθέντα, à καταψήχω.

Ὀργαὶ) iræ. non hoc est in Budęi versione, nec eodem ordine recenset, vt habent Græca: verùm scribarum, & typographorum incuria, multa in huiusmodi & omittere solet, & confundere.

Ἰοβόλα) ἰὸς, venenū: ἰοβόλος, venenosus, quasi venena iaculans: à βάλλω, iacio. & monuimus in voce συμβόλαια, supra, pag. 60. v. 23. verbalia verbi βάλλω efferri per ο: ἰοβόλος, vt ἑκηβόλος, procul iaculans, Apollinis epitheton.

Κα-

Κατδ́ναθέντα) δ́νάζω, fut. δ́νάσω, pręt. actiuum δ́νακα, paſſ. δ́νασμαι, δ́νασαι, δ́νασαι. Aor. pri. δ́ναθίω, pag. 53. v. 12. particip. ὁ δ́ναθεὶς, τὸ δ́ναθὲν, τοῦ δ́ναθέντος, plurale τὰ δ́ναθέντα. compoſitum κατδ́ναθέντα, à κατδ́νάζω, ſopio.

Ἐξαγριαινομένα) ἄγριος, ferox, agreſtis, inde ἀγριαίνω, ἀγριαίνομαι, partic. ἀγριαινόμενος. compoſitum ἐξαγριαίνομαι, ἐξαγριαινόμενος: neutrum plurale ἐξαγριαινόμενα, efferata: eſt tamen præſentis temporis, vide de hoc ſuprà pag. 53. v. 13.

Συνεχεῖ) ὁ συνεχὴς, primę declin. contractorum τοῦ συνεχέος, τῷ συνεχέϊ, craſis συνεχεῖ.

Ερεθισμῷ) ὁ ἐρετισμὸς, verbale ab ἐρεθίζω, factum à prima perſona præteriti paſſiui, p. 84. v. 23.

Εὐκαταγωνιςότερα) comparatiuus ab δ́κατχγώνιςος.

Δυνάμει) ἡ δυύαμις, primæ declin. cõtractorum τῆς δυνάμεος, τῇ δυνάμεϊ, craſi δυνάμει.

Γίνεται) tertia pſona à γίνομαι. fio. Eſt rurſũ verbũ ſing. cũ noĩatiuo plur. ἰοβόλα κακὰ, p. 121. v. 21.

Ἔςω τοίνυν τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷόνπερ ἐςὶ, καὶ τὸ ἡμέτερον, ἐπιμιξίας ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον, ὡς μὴ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἔξωθεν τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκήσεως διακόπτεσθαι, ἄσκησις δὲ εὐσεβείας τὴν ψυχὴν τρέφει τοῖς θείοις διανοήμασι.

Sit igitur locus talis, qualis eſt, & noſter, congreſſu hominum liber, vt ne à nullo externorum aſſiduitas meditationis interpellet. Meditatio autem pietatis animam nutrit diuinis cogitationibus.

Eſto igitur locus aliquis huiuſcemodi qualis hic noſter, ita ab hominum congreſſu liber, vt a nullo extraneorum irrumpente, aſſidua interpelletur meditatio. Pietatis enim meditatio animã diuinis cogitationibus alit.

Ε῎στω) imperatiuus ab εἰμὶ, ſum, p. 98. v. 17.

Οἷον πέρ ἐστι) περ adiectio eſt ſyllabica: ὅς περ ℘ ὅς, ſic οἷόν περ ℘ οἷον. ἐστὶ accẽtu remittit encliticũ.

Καὶ τὸ ἡμέτερον) καὶ multis locis tanq̃ abundat.

Ἐπιμιξίας) μίγνυμι, miſceo, fut. μίξω, à μίγω, prę teritũ act. μέμιχα, paſſiuum, μέμιγμαι, μέμιξαι. ſic ab ἐπιμίγνυμι, id eſt, commercium habeo, fit ἐπιμέμιξαι: vnde nomẽ verbale ἐπιμιξία, commerciũ, pag. 84. v. 25.

Ἀπηλλαγμένον) ἀλλάττω, futurum ἀλλάξω, præt. actiuum ἤλλαχα, paſſiuum ἤλλαγμαι, participium ἠλλαγμένος, compoſitum ἀπηλλαγμένος, ab ἀπαλλάττομαι, diſcedo, liber ſum, regit hoc verbum genit. ἐπιμιξίας.

Ὡς) in finitiuo iungitur. id q̃d imitat̃ Horatius, Vt melius quicquid erit pati, pro, vt patiaris.

Μὴ [illegible] τὸ μηδένος) Attici geminata gaudent negatione, vide Comment. Budęi, μηδενὸς genitiuus à μηδεὶς, pag. 13. v. 1.

Τῶν ἔξωθεν) ὁ ἔξωθεν, externus. aduerbiũ aduentu articulorũ tanquam adiectiuum eſt, p. 125. v. 11.

Τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκήσεως) aſſiduũ meditationis, i. aſſiduitatẽ. Nuſquã nõ obuia ſunt adiectiua neutra ſubſtantiuè capta, ὁ, καὶ ἡ συνεχὴς, τὸ συνεχές.

Ἀσκήσεως) genitiuus à nominatiuo ἡ ἄσκησις, ſecundæ decli. contractorũ. Eſt verbale ἀσκέω, futurum ἀσκήσω, præteritum actiuũ ἤσκηκα, paſſiuũ ἤσκημαι, ἤσκησαι. hinc ἡ ἄσκησις, pag. 84. v. 27.

Διακόπτεσθαι) κόπτω, διακόπτω, διακόπτομαι, interturbor, interpellor infinitiuus διακόπτεσθαι.

Εὐ-

Εὐσεβίας) genitiuus à nominatiuo ἡ ἀσέβεια, ἡ ab adiectiuo ἀσεβής.

Τρέφει) τρέφω, τρέφεις, τρέφει, nutrio, alo.

Διανοήμασι) datiuus pluralis à διανόημα, suprà, pag. 23. v. 5.

Τί οὖν μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι, ἀρθὺ μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμῶντα, καὶ ὕμνοις, καὶ ὠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος, ἐπ' ἔργα τρεπόμενον πανταχοῦ αὐτῷ τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις ὥσπερ ἅλατι παραρτύειν τὰς ἐργασίας. τὸ γὰρ ἱλαρὸν, καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται.

Quid igitur beatius, quàm angelorum concentum in terra imitari? statim quidem incipiente die in preces exurgentem, & hymnis, & canticis venerari, creantem? deinde Sole pure resplendente, ad opera conuersum, vbiq; ipsi precatione præsente, & hymnis, tamquam sale, condire actiones? Nam hilarem, & alacrem animæ statum hymnorum cohortationes largiuntur.

Ecquid igitur beatius quàm hominem in terra concentum angelorum imitari, ineunte statim die in orationes ire, in hymnis, & canticis creatorem venerari? exinde Sole iam dilucescēte conuerti ad opera, nusquam sine oratione, deniq;, canticis tanquam sale condire actiones: Siquidem ad hilarem, alacremq; animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt.

Μακαριώτερον) comparatiuus à μακάριος.

Ἀγγέλων χορείαν) ὁ ἄγγελος, tertiæ declin. ἡ χορεία secundæ.

Μιμεῖσθαι) μιμέομαι, primæ coniug. circumflexorum. In fin. μιμέεσθαι, crasis μιμεῖσθαι. Est autem hoc loco infinitiuus cum casu, sumptus loco nominis genitiui casus, qui pendeat a comparatiuo:

ideoque adeſt articulus afficiens hanc orationem μιμεῖσθαι τὴν ἀγγέλων χορείαν, hoc modo, τί μακαριώτερον τοῦ μιμεῖσθαι, τὴν ἀγγέλων χορείαν; quid beatius ipſo imitari angelorum cõcentum? quid beatius hac re, nempe imitari, &c. aut quid beatius quàm imitari aliorum concentum?

Ἀρχομένης ἡμέρας) tps ponit in genit. ἄρχομαι, incipio, partic. ἀρχόμενος, ἡ ἀρχομένη, τῆς ἀρχομένης.

Εἰς εὐχὰς) in preces, ἡ εὐχὴ, ſecundæ declinationis τὰς εὐχάς.

Ὁρμῶντα) ὁρμάω, partic. ὁρμάων, craſis ὁρμῶν, τοῦ ὁρμῶντος, τὸν ὁρμῶντα. cuius verbi ſignificatum vide in ὁρμὴν τινα, ſuprà p. 18. v. 17. interpres infinitiuo reddidit ire, quum potuiſſet relinquere participium, & dicere euntem.

Ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν) ὁ ὕμνος, tertiæ declin. datiuus pluralis τοῖς ὕμνοις, ἡ ᾠδὴ, ſecundæ declin. datiuus pluralis ταῖς ᾠδαῖς.

Γεραίρειν) infinitiuus à γεραίρω.

Κτίσαντα) κτίζω, creo, fut. κτίσω, Aor. primus ἔκτισα, partic. ὁ κτίσας, τοῦ κτίσαντος, τὸν κτίσαντα. eum qui creauit. hoc vide ſuprà, pag. 14. in fine, in τοὺς τεκόντας.

Καθαρῶς) ὁ καθαρὸς, purus, τῶν καθαρῶν, & cõuerſo ν in ς, fit aduerbium καθαρῶς, purè, p. 80. v. 5.

Διαλάμψαντος) λάμπω, fut. λάμψω. Aoriſt. prim. ἔλαμψα, particip. ὁ λάμψας, λάμψαντος: cõpoſitum διαλάμψαντος, à διαλάμπω. Cæterũ genitiui Græcis abſolutè ponuntur, pag. 121. v. 23.

Ἐπ' ἔργα) apoſtrophos eſt, ἐπὶ ἔργα, pag. 5. v. 16.

Τραπόμενον) τρέπω, Aorist. secund: ἔτραπον, medius ἐτραπόμην, participium τραπόμενος.

Συμπαρέοντος) εἰμί, sum: particip. ὤν, οὖσα, ὄν. cōpositū παρών, ἡ παροῦσα, τῆς παρούσης: deinde additur & altera præpositio, σύν, συμπαροῦσα, συμπαρούσης. Verba verò ipsa sunt πάρειμι, & συμπάρειμι.

Ἅλατι) τὸ ἅλας, sal, τοῦ ἅλατος, τῷ ἅλατι.

Παραρτύειν) ἀρτύω, παραρτύω, condio. Sæpe quidem præpositio nihil addit significationi simplicis: tamen παρὰ sic in multis locis accipitur, vt significet obiter quid fieri, & dum aliud agimus. παραρτύει τὰς ἐργασίας τοῖς ὕμνοις, quasi dicat, dū opus facimus, obiter hymnos decantare.

Ἐργασίας) ἐργάζομαι, preteritum εἴργασμαι, εἴργασαι: vnde verbale ἡ ἐργασία, p. 84. v. 25. secūdæ declinationis, accusatiuus pluralis, ἐργασίας.

Ἄλυπον) λύπη, dolor: inde adiectiuum ἄλυπος, dolore carens, sine tristitia, iucundus.

Κατάστημα) statū, habitū, verbale à καθίστημι, i. cōstituo, pa. 84. v. 21. quod etiā significat cōponere, pacatum, & tranquillū reddere: vnde interpres κατάστημα vertit æquabilitatem. Simplex est ἵστημι, futur. στήσω, præter. act. ἕστακα, pro ἕστηκα, pass. ἕσταμαι, verbale στῆμα. sic à cōposito καθίστημι, fit κατάστημα, per η, quasi deduceretur non à præterito passiuo verbi in μι, sed verbi circunflexi, στάω, fut. στήσω, prę teritū actiuū ἕστηκα, pass. ἕστημαι: vnde τὸ στῆμα. sic à καταστάω, fit κατάστημα. De istiusmodi autem vide notata in Institutionib. p. 110. in verbo ἔχω, v. 13.

Παρηγορίαι) ἀγορά, concio, locus ipse, & ipsa

oratio. Quę hinc deducuntur, mutant α in η, κατηγορία, ἀλληγορία, προσηγορία: sic παρηγορία, plurale ἐι παρηγορίαι.

Χαρίζονται) tertia pluralis à uerbo χαρίζομαι.

Ἡσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῇ ψυχῇ, μήτε γλώττης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν εὐχροίας σωμάτων, καὶ συμμετρίας περισκοπούντων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλυούσης ἐν ἀκροάσει μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων, καὶ γελοιαστῶν ἀνθρώπων, ἃ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε.

Quies ergo principium expiationis animæ, neq; lingua loquente res hominum, neque oculis nitidos colores corporum, & proportiones circũ ſpicientibus, neque auditu vigorem animi diſſoluente in auſcultatione carminum ad voluptatem factorum, neque verbis ſcurrilium, & ridiculorum hominum, quod maxime frangere animi intentionem natum eſt.

Quietus igitur ſtatus animæ expiationis auſpicatus eſt, quũ nec lingua loquitur, quæ ad hominem pertinent, nec oculi colorum nitores circumſpiciũt in corporibus, nec concinnè accommodatas membrorum proportiones, quum nec aures animæ intẽtionem elangueſcere faciũt, auſcultandis ipſa modulamentis diſtenta ad voluptatem ciendam accommodatis, nec facetorum hominum ridiculis, aut ſcurrilibus dictis, quæ res maximè comparata eſt frangendę animæ intentionis.

Ἀρχὴ) principium, & origo. nã verbum ἄρχειν etiam ſignificat originem eſſe, & autorem.

Καθάρσεως) ἡ κάθαρσις, verbale à ſecunda perſona præteriti paſſiui κεκάθαρσαι, p. 87. v. 25. à καθαίρω, purgo.

Λαλούσης) λαλέω, loquor. participiũ λαλῶν, ἡ λαλοῦσα.

Τὰ τῶν ἀνθρώπων) res hoĩum, aut ea, quæ ad homines

mines pertinent. In articulo.n.neutro dum iūgitur genitiuo, ſubaudiendum eſt id, quod maximè conuenit τὰ τῶν φίλων κοινὰ, res amicorum ſunt communes, aut bona amicorũ, ſiue facultates eorum, & quęcunque ad ipſos pertinent.

Εὐχροίας) χροιὰ color, εὐχροία, bonus color ſecūdæ declinationis.

Σωμάτων) τὸ σῶμα, τοῦ σώματος, τῶν σωμάτων.

Συμμετρίας) μέτρον, menſura, modus, mediocritas. inde ἡ συμμετρία, ſecundæ declinationis, ſymmetria, proportio.

Περισκοπούντων) σκοπέω, participiũ σκοπέων, τοῦ σκοπέοντος, craſis σκοποῦντος, τῶν σκοπούντων, inde περισκοπέντων, à περισκοπέω.

Ἀκοῆς) ἀκούω, audio, ſecun. aor. eſſet ἤκοον. inde nomé verbale ἡ ἀκοὴ, τῆς ἀκοῆς, per ο penultimam.

Τόνον) τείνω, tendo. inde ὁ τόνος, tonus, cōtētio, vigor.

Ἐκλυούσης) λύω, ἐκλύω, partic. ἐκλύων, ἡ ἐκλύουσα, τῆς ἐκλυούσης. eſt autem ἐκλύω, diſſoluo, & virib. deſtituo, pro quo interpres facio elangueſcere.

Ἀκροάσει) ἀκροάομαι, audio. verbale ἡ ἀκρόασις, factũ à ſecunda perſona præt. paſſiui, p. 84. v. 25. τῆς ἀκροάσεως, ſecundæ declin. cōtractorum, datiuus τῇ ἀκροάσεϊ, craſis ἀκροάσει.

Μελῶν) τὸ μέλος, carmen, canticũ: τοῦ μέλεος, τῶν μελέων, craſis μελῶν, primę declin. contractorum.

Πεποιημένον) à ποιέω, facio, paſſiuũ ποιέομαι, pręt. πεποίημαι, participium πεποιημένος.

Ῥήμασιν) ῥάω, inuſitatũ verbum, ideſt dico, fut.

ῥήσω, pręt. act. ἔῤῥηκα, pass. ἔῤῥημαι, verbale τὸ ῥῆμα τοῦ ῥήματος, τῷ ῥήματι, dat. plur. τοῖς ῥήμασι, additur ν ob vocalem sequenté, ῥήμασιν εὐτραπέλων, pag. 22. v. 19.

Εὐτραπέλων) τρέπω, verto, inde τραπελός, mutabilis, per α, p. 26. v. 19. siquidem secundus Aor. effertur per illam vocalé, ἔτραπον, hinc εὐτράπελος, comis, facetus: quam vocem Basilius in malá partē accipit, sequutus Apostolum Paulum in epistola ad Ephesios, ca. 5. vbi sumit εὐτραπελίαν pro scurrilitate, quæ Christianos non deceat.

Γελοιαστῶν) γελοιάζω, risum moueo. tertia psona pter. pas. γεγελοίασται, verbale γελοιαστής, p. 84. v. 28. τοῦ γελοιαστοῦ, primæ declin. genit. pl. τῶν γελοιαστῶν.

Ὅ) quod, siue quę res, nempe scurrilia dicta est articulus subiunctiuus neutri generis.

Μάλιστα) maximè superlatiuus aduerbialis.

Λύειν) λύω, soluo, infinitiuus λύειν, soluere.

Πέφυκε) φύω, fut. φύσω, pręter. πέφυκα, πέφυκας, πέφυκε, i. natura comparatum est, siue natum est, quemadmodū dixit Ouid. At rubus, & sentes tantummodo lædere natę: idest, quæ ex naturæ pronitate, & aptitudine solent lædere.

Νοῦς μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμενος, ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτόν. δι' ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἔννοιαν ἀναβαίνει.

Mens quidem enim non dispersa ad externa, neq; a sensoriis in mundum diffusa, redit quidem ad seipsam: per seipsam verò ad Dei notionem ascendit.

Quippe mens nec extrorsus dissipata, nec in mundum per sensoria

soria diffusa ad sese ipsa redit, moxq; suopte nutu ad Dei notionem euadit.

Μὲν γὰρ) vertes aptissimè, siquidem: nos rudita ti consulentes diximus, quidem enim.

Σκεδαννύμενος) participium à σκεδάννυμαι.

Ἐπὶ τὰ ἔξω) ad ea, q̄ foris sunt, est articulus iunctus aduerbio. vt τὰ ἄνω, τὰ κάτω, sup. p. 51. i fine,

Αἰσθητηρίων) αἰσθάνομαι, sentio. tempora capit ab αἰσθέομαι, pag. 104. v. 17. finge vocem actiuam αἰσθέω, fut. αἰσθήσω, præteritum actiuum ᾔσθηκα, pass. ᾔσθημαι, ᾔσθησαι, ᾔσθηται, vnde ablato increméto, hoc est, redeūte η in αι, & vltimam vertendo in τήριον, fit nomen verbale, pag. 84. v. 28. τὸ αἰσθητήριον, sensorium, & sedes sensuum.

Διαχεόμενος) participium à διαχέομαι, à διαχέω, quod fit a primario χέω.

Ἐπάνεισι) εἶμι, εἶς, εἶσι, eo, is, it, pag. 99. v. 17. ἄνειμι compositum: deinde ἐπάνειμι, ἐπάνεις, ἐπάνεισι. duæ sunt præpositione, ἐπὶ, & ἀνά.

Δι' ἑαυτοῦ) διὰ ἑαυτοῦ, apostrophos est.

Ἔννοιαν) νοέω, intelligo, νόος, mens. Hinc multa fiunt substantiua præsidio præpositionum, quorū omnium penultima est diphthōgus, ἡ ἐπίνοια, πρόνοια, ὑπόνοια: sic ἔννοια, notio, ab ἐννοέω, considero, intelligo.

Ἀναβαίνει) βαίνω, eo, vado, ἀναβαίνω, ascendo, euado.

Κἀκείνου τῷ κάλλει περιλαμπόμενός τε, καὶ ἐλλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς φύσεως λήθην λαμβάνει, μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος.

Et

Et illo decore circumlustrataq;,& illustrata, etiam ipsius naturæ obliuionem capit, neque ad cibi curam, neque ad vestimentorum solicitudinem animum detrahens.

Quo fit vt illo decore illustratus vndiq; intellectus, atque superne illuminatus, natura quoq; ipsius obliuione capiatur nec ad cibi iã curam demittat animã, nec ad amictus anxietatem.

Κἀκείνῳ) crasis pro καὶ ἐκείνῳ, pag. 98. v. 3.

Κάλλει) crasis è datiuo κάλλεϊ: nominatiuus τὸ κάλλος, τοῦ κάλλεος, primæ declin. contractorum.

Περιλαμπόμενός τε, καὶ ἐλλαμπόμενος) Harũ particularũ est ordo, vt τε pcedat, καὶ sequatur: apud Latinos autem in prosa coniunctioque, secundum obtinet locũ: at in carmine Græcorũ more, que, pcedere potest:- *molemq;* & *montes insuper altos imposuit, regemque dedit.* Est autẽ particula, τε ex encliticis,& accentum remittit, pag. 121. v. 1.

Περιλαμπόμενος) participium à περιλάμπομαι, περιλάμπω. i. vndiq; illustro splendore,& lumine circumfundo,& collustro. Simplex est λάμπω.

Ἐλλαμπόμενος) participiũ ab ἐλλάμπομαι, idest diuinitus doceor,& illuminor, à præpositione ἐν, & λάμπομαι: sed migrat ν in λ propter λ sequens, pag. 115. v. 19. in συῤῥήγνυσθαι.

Φύσεως) φύω, secunda persona pręt. pass. πέφυσαι: vnde verbale ἡ φύσις, p. 84. v. 25. τῆς φύσεως, secundæ declin. contractorum.

Λήθῃ) ἡ λήθη, secundę decli: obliuo, lethe. à λήθω, lateo, pro quo tamen vsurpatum est λανθάνω.

Λαμβάνει) accipit à λαμβάνω.

Τροφῆς) τρέφω, nutrio: ἡ τροφή, esca, cibus, secũdæ declinationis.

Περι-

Περιβολαίων) βάλλω: inde περιβάλλω, induo, περιβολὴ, vestis, τὸ περιβόλαιον, idem, tertiæ decli. de hoc vide supra, pag. 60. v. 24. in συμβόλαια.

Μέριμναν) accusatiuus est ab ἡ μέριμνα, secũdæ declinationis.

Καθελκόμενος) ἕλκω, traho, καθέλκω, deorsũ traho, à κατὰ præpositione: pass. καθέλκομαι, partic. καθελκόμενος. estq; passiuorũ more dictum, καθελκόμενος τὴν ψυχὴν, detractus animã, per synecdochen: idest, habens animam detractam, ut fractus membra, pag. 128. v. 8. aut verbum passiuũ capitur actiuè, καθελκόμενος, detrahens, & demittens: id quod Atticis creberrimum est.

Ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γηΐνων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν αὐτοῦ σπουδὴν ἐπὶ τὴν κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι. πῶς μὲν κατορθωθῇ αὐτῷ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀνδρία, πῶς δὲ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ φρόνησις, καί αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὅσαι ταῖς γενικαῖς ταύταις ὑποδιαιρούμεναι, καθηκόντως ἕκαστα ἐπιτελεῖν τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποβάλουσι τῷ σπουδαίῳ.

Sed otiũ à terrenis curis agens, omne suum studium ad acquisitionem æternorum bonorũ traducit, quomodo quidem rectè præstetur ipsi temperantia, & fortitudo, quomodo verò iustitia, & prudentia, & reliquæ virtutes quotquot sub generales has distributæ, decenter singula exequi in vita admonent studiosum.

Quippe qui à terrenarum rerum cura immunis, & feriatus, omne suum studium ad ea bona traducat, quæ magno certamine quæruntur. id enim assequi conatur, quo numeros omnes fortitudinis, temperantiaq; impleat, quo iustitiam, prudentiam, cęterasq; virtutes absolutè excolat, aliasq; insuper, quę sub hęc genera distributa, vtrum studiosum commonefaciunt, vt cuncta officiosè exequatur, ad vitam rectè, atque ordinatè instituẽdam.

Γηΐνων

Γηΐνων) γῆ, terra: ὁ γήϊνος, terrenus.

Ἄγων) participiũ ab ἄγω: at ἀγὼν, nomẽ, idest, certamen.

Πᾶσαν) ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, accusat. τὴν πᾶσαν.

Κτῆσιν) κτάομαι, acquiro, futurũ κτήσομαι, p̃teritum κέκτημαι, κέκτησαι: verbale ἡ κτῆσις, pag. 84. ver. 25. secundæ declin. contractorum.

Αἰωνίων ἀγαθῶν) hãc lectionẽ sequuti, vertimus æternorũ bonorũ. Budęus Aldino vsus exemplari ἀγωνίων ἀγαθῶν interp̃tatus est, bona, q̃ magno certamine q̃runt̃. ab ἀγὼν, i. certamẽ, fit ἀγώνιος, quasi dicas, in certamine positus, & de quo certatur.

Μετατίθησι) τίθημι, τίθης, τίθησι, p. 60. v. 20. cõpositum μετατίθημι, muto, transfero, traduco.

Κατορθωθῇ) ὀρθὸς, rectus: ὀρθόω, dirigo, erigo. Sũt verò plurima verba tertiæ coniugationis circumflexorum, quæ formãtur à nominibus in ος: δίκαιος, δικαιόω: κακὸς, κακόω: ἄργυρος, ἀργυρόω, &c. sic ὀρθὸς, ὀρθόω (vnde κατορθόω) futurum ὀρθώσω, prçteritum actiuum ὤρθωκα, pass. ὤρθωμαι, ὤρθωσαι, ὤρθωται: aoristus primus, ὠρθώθην, subiũctiuus ἐὰν ὀρθωθῶ, ὀρθωθῇς, ὀρθωθῇ: compositum κατορθωθῇ, à verbo κατορθόω, idest, rectè, & cum virtute aliquid gero. à quo verbale κατόρθωμα, officiũ, res bene gesta, & cum virtute.

Κατορθωθῇ αὐτῷ) rectè gerat̃ ipsi, i. ab ipso. Grçci passiuis tribuunt datiuũ, qui exponitur per genitiuũ, intercedente præpositione ὑπὸ, vt πεποίηταί μοι τοῦτο, pro ὑπ' ἐμοῦ. Sic Cicero, Etsi mihi nullo modo probantur, idest, à me. & ita in reliquis,

quæ

quæ apud Latinos Grecorũ imitatione dicta sunt. Interpres vim huius verbi κατορθωθῆ reddidit, versa orone passiua in actiuã: numeros oẽs impleat, pro numeris oĩbus impleat, & absolutè præstet.

Σωφροσύνη) Ab adiectiui nominis casu in ος, siue nominatiuo, siue genitiuo, proficiscũtur substantiua in ύνη: δίκαιος, iustus: δικαιοσύνη, iustitia. sed quoties deducuntur à communib. in ων, quorum genitiuus in ονος, duæ tolluntur literæ ο, & ν, per syncopen: ὁ, καὶ ἡ ἐλεήμων, misericos, τοῦ, καὶ τῆς ἐλεήμονος: vnde ἡ ἐλεημοσύνη misericordia, eleemosyna, pro ἐλεημονοσύνη. sic σώφρον, temperans, τοῦ σώφρονος, σωφροσύνη, pro σωφρονοσύνη, &c.

Ανδρία) ἀνὴρ, vir, genitiuus ἀνδρὸς, pag. 12. v. 3. hinc ἀνδρία, vt ab ἄπειρος, ἀπειρία, suprà, pag. 35. v. 17. & supra pag. 47. ver. 1. in voce σωτηρίαν.

Φρόνησις) φρονέω, φρονήσω, πεφρόνηκα, πεφρόνημαι, πεφρόνησαι: vnde ἡ φρόνησις, verbale, p. 84. ver. 25.

Λοιπαὶ) λείπω, linquo: in ο, λοιπὸς, reliquus.

Γενικαὶς) γένος, genus. ὁ γενικὸς, generalis.

Υποδιαιρούμεναι) αἱρέω, διαιρέω, diuido, separo, διαιρέομαι, partic. διαιρεόμενος, crasis διαιρούμενος, à præpositione διά: deinde pfigitur ὑπὸ altera præpositio ὑποδιαιρέω, particip. pass. præsentis temporis ὑποδιαιρούμενος, quod hic ponitur cum datiuo ταῖς γενικαῖς ταύταις, propter præpositionem ὑπό. Exemplaria nõ participium habebant ὑποδιαιρούμεναι, sed verbum ὑποδιαιροῦνται, id quod non perinde quadrat. ideoque reposuimus participium, maximè freti Budęi versione, qui participio vsus

est

est distributæ,non autem verbo distribuuntur.

Καθηκόντως) ἥκω,inde καθήκω,& καθήκει,decet, conuenit,& καθῆκον,participium neutri generis, idest,officium,quod conuenit,τοῦ καθήκοντος,τῶν καθηκόντων,ν in σ cōuerso,p.80.ver.5.aduerbium καθηκόντως officiosè,vt decet.

Επιτελεῖν) τέλεω, ἐπιτελέω, exequor, perago. infinitiuus ἐπιτελέειν crasis ἐπιτελεῖν.

Τῶν κατὰ τὸν βίον) eorum, quæ ad vitam pertinent, quæ in vita gerenda sunt. Verùm antea satis dictum est de articulo, qui afficit præpositionem cum casu,suprà,p.20.v.21.

Υποβάλλουσι) βάλλω ὑποβάλλω,suggero, admoneo.

Μεγίστη δὲ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν: καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν.

Maxima porrò via ad officij inuentionem,& meditatio diuinitus inspiratarum scripturarum.

Maxima porrò viarum ad veri inuestigationem ferentium, meditatio est scripturarum diuinitus inspiratarum.

Μεγίστη) μέγας,magnus: μέγιστος,maximus,pag. 84.versu 3.

Καθήκοντος) τὸ καθῆκον,officium, paulò ante diximus.

Εὕρεσιν) εὑρίσκω,inuenio,tpa capit ab εὑρέω,futurum εὑρήσω, prēt.actiuū.εὕρηκα,passiuū εὕρημαι, εὑρησαι:vnde esset verbale ἡ εὕρησις, per η,vt ποιέω, πεποίησα,ποίησις:scribitur tamē εὕρεσις,per ε,tam quam a præterito passiuo verborum in μι, cuius penultima semper est breuis, pag.74.v.24. finge verbum in μι εὕρημι, præteritū passiuum εὕρεμαι, εὕρεσαι.

ἔϱεισαι. vnde ἡ ἔϱεισις. vide de hoc pag. 110. v. 14. in verbo ἔχω. Quamq̃ & alioqui in verbalib. iſtis nõ ꝑpetuò penultima vocalis eſt eadẽ, q̃ in verbis à σπείϱω, præt. paſſ. eſt ἔσπαϱμαι per ά, tamẽ uerbale ſcribitur per έ, τὸ σπέϱμα, non autem σπάϱμα.

Θεοπνεύστων) πνέω, fut. πνεύσω, pręt. actiuũ πέπνευκα, paſſ. πέπνευμαι, vnde τὸ πνεῦμα: tertia perſona πέπνευσται: hinc πνευστὸς, a quo θεόπνευστος, à Deo inſpiratus. qua voce Paulus utit̃ epiſtola poſteriore ad Timot. c. 3. πᾶσα, inquiẽs γϱαφὴ θεόπνευστος, oĩs ſcriptura diuinitus inſpirata. Licet aũt verbalia illa ĩ τος, facta ex tertia pſona, ſyllabã vltimã acuãt, tñ quoties aduenit cõpoſitio ex nomine, aut particulis α, δὲ, δυς, & cõſimilibus, ſolet accẽtus retrahi in antepenultimã: λυπτὸς, θεόλυπτος, δαμαστὸς, ἀδάμαστος: γνωστὸς, ἄγνωστος: κινητὸς, δυσκίνητος, ſic diceretur: πνευστὸς, non πνεῦστος: tñ θεόπνευστος, nõ θεοπνευστὸς. Quòt aũt ſcribimus ἔσπνευμαι, ſine σ, & θεόπνευστος per σ, id pendet ex auctorũ vſu. Nã quẽadmodũ in ſexta cõiugatione præt. paſſ. partim aſciſcit σ ante μαι, partim non aſciſcit, p. 34. v. 23. ita obſeruandũ eſt, quid apud auctores obtineat, qui eiuſdẽ quoq; verbi vnã perſonã efferunt per σ, & ſimiliter illinc deducta verbalia: quũ cõtrà cæterarũ perſonarũ verbalia ſine σ forment̃. de quib. in vniuerſum non eſt præcipiendũ, niſi vt ſcriptorũ veſtigijs inſiſtamus, vnde vt Grãmaticorum canones profecti ſunt, ita & quicquid à legitima ratione vr̃ deflectere, illorũ auctoritate, & vſu nitit̃.

Γϱαφῶν) ἡ γϱαφὴ, ſcriptura, à verbo γϱάφω, ſcribo,

Ἐν ταύταις γὰρ, καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ τὸν θεὸν πολιτείας, τῷ μιμήματι τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται.

In his enim & actionũ præcepta reperiuntur,& vitæ beatorum virorum præscriptæ traditæ,tãquam imagines quædam animatæ secundum Deum conuersationis,imitationi bonorum operum proponuntur.

Quandoquidem in his,cum rerum agendarum præcepta reperiuntur,tum beatorum hominum vitæ memoriæ prodita,ac perscripta,tamquam simulacra, quædam animata proposita sunt vitæ ad normam diuinam instituta, ijs quidem, qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt.

Ταύταις)datiuus plur.fœminini demonstratiui, αὕτη,pag.76.v.29.

Πράξεων) πράττω,πράξω, πέπρακα, πέπραγμαι, πέπραξαι: verbale ἡ πρᾶξις, pag.84.v.25. τῆς πράξεως,τῶν πράξεων.

Ὑποθῆκαι) ὑποτίθεμαι,admoneo,do consilium: ὑποθήκη,consilium, præceptum. Et quemadmodũ à simplici τίθημι,vel τίθεμαι dicitur,θήκη,sic à cõpositis eiusdem formæ nomina,ἀποθήκη,ἐπιθήκη, ὑποθήκη,&c.

Ἀνδρῶν)genitiuus pluralis ab ἀνὴρ,τοῦ ἀνδρός.

Ἀνάγραπτοι)γράφω,scribo:ἀναγράφω, in acta refero, perscribo,literis prodo, publico per scripturam.futurum γράψω,præt.actiuum γέγραφα, pass. γέγραμμαι,γέγραψαι,γέγραπται,verbale γραπτὸς,p. 84.v.28.compositum ἀνάγραπτος, accentu in antepenultimam retracto: vide quę notauimus de hoc supra,pag.87.ver.5.in voce θεοπνεύστων.

Παρα-

Παραδιδομένη) δίδωμι, præt.paſſ.δέδομαι, p.67. v.15.particip.δεδομένος,compoſitum παραδεδομένος,à παραδίδομαι,cuius actiuum παραδίδωμι.

Οἷον) οἷος, qualis.neutrum οἷον aduerbiaſcit,i. qualiter, velut,tãquam:ſuprà,p.52.v.9.in πυκνά.

Εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι) ἡ εἰκὼν, τῆς εἰκόνος, αἱ εἰκόνες adiectiuum ἔμψυχοι,communis generis,p.81. verſu 6.

Ἔμψυχοι) ψυχὴ,animus,anima: ἔμψυχος,animatus ex præpoſitione ἐν:ſuprà,pag.43.ver.3.in ἐνεργὰ πάθη.

Τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας) vitæ ad normam diuinam inſtitutæ. ſic interpretes habent, expreſſa vi articuli per participium.de hoc ſuprà,pag.20.v. 12.in τὸν μεθ' ἡμῶν βίον.

Πολιτείας) πόλις,ciuitàs:πολίτης,ciuis:πολιτεύομαι,in republica viuo:πολιτεία,reſpublica,& vitę ratio, ſiue viuendi inſtitutum, genus traducendæ vitæ.

Μιμήματι) μιμέομαι, imitor, pręt.μεμίμημαι,verbale nomen τὸ μίμημα,imitatio:pag.84. verſ.24. τοῦ μιμήματος,τῷ μιμήματι,ideſt imitationi. quaſi dicat,ad imitationem,& ad imitandum proponuntur.ita quidem habet exemplaria, non tamẽ videtur alienum,ſi legas τῷ μιμητῇ,i. imitatori.ad quam lectionem valde accedit verſio Budæi ; Ijs quidem,inquit,qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt,niſi quòd numerum mutauit, eſt autem μιμητῇ à nominatiuo, ὁ μιμητὴς, primæ declinationis : verbale factum a tertia perſo-

na præteriti paſſiui μεμίμηται, pag. 84. ver. 28.

Πρόκειται) κεῖμαι, p. 101. ver. 25. tertia perſona plur. κεῖνται, compoſitum πρόκειται à πρόκειμαι.

Καὶ τοίνυν περὶ ὅπερ ἂν ἕκαστος ἐνδεῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ αἰσθάνηται, ἐκείνῳ προσδιατρίβων, οἷον ἀπό τινος κοινοῦ ἰατρείου τὸ πρόσφορον εὑρίσκει τῷ ἀῤῥωστήματι φάρμακον.

Et igitur in quocunq; vnuſquiſque indigenter habentē ſeipſum ſenſerit, illi immorans tanquam ab aliqua commu ni officina medicinæ aptum inuenit infirmitati pharmacū.

Perinde in qua re quiſque noſtrûm ſenſerit ſe eò, quod oportet, defici in illo aſſiduè incumbens, tanquam ab officina quadam medicinæ appoſitum ſuæ infirmitati medicamentum inuenire poterit.

Ἐνδεῶς) δέομαι, indigeo: ἐνδεὴς, indigens τοῦ ἐνδέεος, τῶν ἐνδεέων, & per craſin ἐνδεῶν: à quo aduerbium migrante ν in σ, p. 80. ver. 5. ἐνδεῶς: indigenter, ſi ita loqui liceat.

Ἐνδεῶς ἔχοντος) plurimus vſus eſt verbi ἔχω cū aduerbijs: καλῶς ἔχω, bene habeo; κακῶς ἔχω, malè valeo, ſic hoc loco ἐνδεῶς ἔχω, indigēter habeo, id eſt indigeo. eſt autem ἔχοντος, genitiuus participij præſentis ἔχων.

Αἰσθάνηται) ſubiunct. vt τύπτηται, ab αἰσθάνομαι, ſentio. ponuntur autem verba ſentiendi cum genitiuo: p. 122. ver. 11. αἰσθάνηται ἑαυτοῦ ἐνδεῶς ἔχοντος, ſentiat ſeipſum indigenter habētem, hoc eſt, ſentiat ſe indigere, & defici.

Προσδιατρίβων) τρίβω, διατρίβω, προσδιατρίβω, im moror, verſor cum aliquo: regit datiuum propter præpoſitionem πρὸς, pag. 122. ver. 16. inde participium προσδιατρίβων.

Ἰατρεῖα) ἰάομαι, medeor: fut. ἰάσομαι, præt. ἴαμαι, ἴασαι, ἴαται. vnde ἴατρον: pag. 84. verſ. 28. præmium medici: & τὸ ἰατρεῖον, officina medicorum, genit. τοῦ ἰατρείου.

Πρόσφορον) φέρω, προσφέρω, affero, πρόσφορος, qui aptè, & commodè affertur, adhibetur, i. aptus, appoſitus.

Ἀῤῥωστήματι) ῥώννυμι, p. 115. v. 3. valeo, & ſanus ſum. tēpo ra ſumūtur à ῥόω, fut. ῥώσω, præteritum actiuū ἔῤῥωκα, paſſ. ἔῤῥωμαι, ἔῤῥωσαι, ἔῤῥωται: verbale ῥωτὸς: & adiectione literæ σ, eſt ῥωστὸς: deinde per α priuatiuā particulam ἄῤῥωστος, infirmus, per geminum ρ. nā vt ratione augmenti geminantur, ῥίπτω, ἔῤῥιπτον, pag. 90. ver. 23. & ratione præpoſitionis, ῥέω, ἐπιῤῥέω, p. 114. v. 20. ſic etiam aduentu particulæ priuatiuæ: ῥητὸς, ἄῤῥητος, & hoc loco ῥωστὸς, ἄῤῥωστος. Ab ἄῤῥωστος fit verbum ἀῤῥωστέω, ſum infirmus. futurum ἀῤῥωστήσω, præteritum actiuum ἠῤῥώστηκα, paſſiuum ἠῤῥώστημαι: vnde ablato incremento fit verbale τὸ ἀῤῥώστημα. pagin. 84. ver. 30. τοῦ ἀῤῥωστήματος, τῷ ἀῤῥωστήματι, ideſt, infirmitati.

Καὶ ὁ μὲν ἐραστὴς τῆς σωφροσύνης, τὴν περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἱστορίαν συνεχῶς ἀνελίσσει, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς σωφρονικὰς ἐκδιδάσκεται πράξεις. εὑρίσκων αὐτὸν οὐ μόνον ἐγκρατῶς πρὸς ἡδονὰς ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ἑκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον.

Et quidem amator temperantiæ de Ioſeph hiſtoriam aſſiduè euoluit, & ab eo temperātiæ plenas perdocetur actiones reperiens ipſum non ſolum temperanter erga voluptates affectum eſſe, verum etiam habitualiter ad virtutem diſpoſitum.

Ac temperantiæ quidem homo cupidus, historiam Iosephi assidua lectione euoluat, ab ea enim edidicerit actiones temperantiæ plenas, cum compererit eum ad habitum virtutis prouectam esse, nedum voluptarijs in rebus continentia præditum.

Ερασὴς) ἐράω, amo, ἐράσω, ἤρακα, ἤρασμαι, ἤρασαι, ἤρασαι: vnde nomen verbale ὁ ἐραςὴς, ablato augmento, pag. 84. v. 28.

Ανελίσσει) ἑλίσσω, ἀνελίσσω. Suspicor Basiliũ scripsisse subiũctiuũ ἀνελίσσῃ, idq; sequutũ eẽ Budęũ: quippe qui vertat euoluat, non autem euoluit.

Παρ᾽ αὐτοῦ) παρὰ αὐτοῦ, apostrophos est.

Σωφρονικὰς) σώφρων, genitiuus σώφρονος: inde ὁ σωφρονικὸς, ad temperantiam pertinens, ἡ σωφρονικὴ, τὰς σωφρονικάς.

Εκδιδάσκεται) διδάσκω, ἐκδιδάσκω, passiuum ἐκδιδάσκομαι, vnum regit accusatiuum tãquam passiuum eorum verborum, quæ Grammatici vocant vehementissimæ transitionis.

Πράξεις) ἡ πρᾶξις, τῆς πράξεος, accusatiuus pluralis τὰς πράξεας, πράξεις. Verbale est a πράττω, πράξω, πέπραχα, πέπραγμαι, πέπραξαι. vnde ἡ πρᾶξις, secundæ declin. contractorum.

Εγκρατῶς) κρατέω, teneo, cõpositũ ex ἐν prępositione ἐγκρατέω, quia ν ante κ vertit̃, in γ, p. 5. v. 22. inde nomen adiectiuum ἐγκρατὴς, primę declinationis contractorum, idest continens: genitiuus ἐγκρατέος, τῶν ἐγκρατέων, crasis ἐγκρατῶν, aduerbium ἐγκρατῶς, continenter conuerso ν in σ, pag. 80. v. 5. quod aduerbium ponitur cum ἔχω, ἐγκρατῶς ἔχω πρὸς ἡδονὰς, continenter habeo in voluptate, hoc est, continens sum, ut, vt vertit interpres

pres, continentia pditus sum in reb. voluptarijs. Vide de hoc suprà p. 90. v. 17. in ἐνδεῶς ἔχοντος.

Ἑκτικῶς) ἔχω, habeo, futurum ἕξω, per aspirationem, pag. 110. v. 9. præteritum actiuum ἔσχα, passiuum ἔσχημαι, ἕξαι. vnde verbale ἕξις, pag. 84. ver. 25. habitus, & assuefactio. tertia persona ἕκται: vnde verbale foret ἑκτὸς. à quo deriuatiuum ἑκτικὸς, id est (si dicere licet) habitualis: τῶν ἑκτικῶν, & ν in σ conuerso, aduerbium ἑκτικῶς, habitualiter.

Ἑκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον) κεῖμαι, p. 101. v. 25. compositū διάκειμαι, disponor, affectus sum. quod verbum eleganter aduerbijs iungitur, ἑκτικῶς διάκειμαι, habitualiter affectus sum, pro quo interpres: ad habitum virtutis prouectum esse. à διάκειμαι participium διακείμενος, accusatiuus τὸν διακείμενον.

Ἀνδρίαν δὲ παιδεύεται παρὰ τοῦ Ἰὼβ, ὃς οὐ μόνον, πρὸς τἀναντία τοῦ βίου μεταπεσόντος αὐτῷ, πένης ἐκ πλουσίου, καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γενόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτὸς, ἀταπείνωτον πανταχοῦ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα διασώζων, ἀλλ' οὔτε τῶν φίλων, τῶν εἰς παραμυθίαν ἡκόντων, ἐπεμβαινόντων αὐτῷ, καὶ συνεπιτεινόντων τὰ ἀλγεινὰ, παρωξύνθη.

Fortitudinem verò eruditur ab Iob, qui non tantum in contraria vita cedēte ipsi, pauper ex diuite, & orbus ex pulchræ prolis parente, in vno temporis momento factus, permansit idem, minimè humiles vbiq; animi spiritus retinēs: sed neque amicis, ad consolationem venientibus, insultantibus ipsi, & simul augentibus ærumnas, irritatus est.

At verò in fortitudine instituitur lector, ex historia Iobi, qui vita in contrarium ipsi cedente, ac prorsus immutata, egens

ex beato orbus, ex pulchra prolis parente, vnius dieculæ momēto factus, non idem modo, suiq; simillimus mansit, celsos animi spiritus ad extremum vsque retinens: sed ne amicis quidem eius, qui ad consolandum eum venerant, tandem ipsi insultantibus, dolores eius exacerbando, iracundè irritatus est.

Παιδεύεται) παῖς, genitiuus παιδὸς: inde verbũ παιδεύω, erudio, instituo. passiuũ παιδεύομαι, hic ponitur cum accusatiuo, vt suprà dictum est in ἐδιδάσκεται, pag. 92. ver. 14.

Μεταπεσόντος) πίπτω, cado. secundus aorist. ἔπεσον, p. 113. v. 25. participium πεσὼν, πεσόντος: cõpositum μεταπίπτω, μεταπεσὼν, μεταπεσόντος. Est autem μεταπίπτειν, in deteriorem partem mutari, & ad aliam vitę conditionem transire: id quod expertus est Iob, è diuite redactus ad inopiam.

Καλλίπαιδος) κάλλος, pulchritudo: καλλίπαις, pulchræ prolis parens, τοῦ καλλίπαιδος. Nã fermè composita retinent declin. simpliciũ. Et licet dicamus φιλόπαις per o, tamen καλλίπαις per iota, vt & reliqua, quæ fiũt à κάλλος, veluti καλλίνικος, καλλίπυργος, &c.

Ῥοπῇ) ῥέπω, inclino, vergo: ῥοπὴ, momentum.

Γενόμενος) participium secundi aoristi medij ἐγενόμην, à verbo γίνομαι, p. 107. v. 8.

Διέμεινεν) μένω, fut. μενῶ. aorist. primus ἔμεινα, ἔμεινας, ἔμεινε, διαμένω, διέμεινε, & ob sequentẽ vocalem additur ν, διέμεινεν ὁ αὐτὸς, pag. 22. v. 20.

Ἀταπείνωτον) ταπεινὸς, humilis abiectus: inde verbum ταπεινόω, fut. ταπεινώσω, præteritum actiuum τεταπείνωκα, passiuũ τεταπείνωμαι, τεταπείνωσαι, τεταπείνωται: verbale, ταπεινωτὸς, pag. 84. uer.

ver.28.abiectus:inde ἀταπείνωτος,celſus,minimè abiectus.

Φρόνημα) φρονέω,φρονήσω,πεφρόνηκα,πεφρόνημαι: verbale τὸ φρόνημα,pag.84.v.23. quod Latini vocant ſenſum,& ſpiritus pluraliter.

Διασώζων) σώζω,διασώζω,participium διασώζων.

Ἀλλ' οὔτε) apoſtrophos eſt ἀλλὰ οὔτε.

Παραμυθίαν) μῦθος:verbum.μυθέω,μυθέομαι,παραμυθέομαι,conſolor,ἡ παραμυθία,conſolatio.

Ἡκόντων(ἥκω,venio,particip. ἥκων,ἥκοντος,τῶν ἡκόντων,aut eſt ſecundi aoriſti,ὁ ἡκὼν , τοῦ ἡκόντος, τῶν ἡκόντων.

Ἐπεμβαινόντων(βαίνω,ἐμβαίνω,ἐπεμβαίνω, ἐπεμβαίνων,ἐπεμβαίνοντος,τῶν ἐπεμβαινόντων: regit datiuum propter præpoſitionem ἐπὶ.

Συνεπιτεινόντων) τείνω, ἐπιτείνω,συνεπιτείνω,ſimul & pariter exacerbo,& intendo.

Τὰ ἀλγεινὰ) ἄλγος,dolor, deriuatiuũ ὁ ἀλγεινὸς, neutrum pl.τὰ ἀλγεινὰ,caſus diuerſi,& ęrumnæ.

Παρωξύνθη) ὀξὺς,acutus:ὀξύνω,exacuo,irrito. Ab adiectiuis in υς fiũt verba in ύνω: βραδὺς, βραδύνω: ἡδὺς ἡδύνω.ſic ὀξὺς,ὀξύνω,fut.ὀξυνῶ, præteritũ actiuum,ὤξυγκα,paſſ.ὤξυμμαι, ὤξυνσαι, ὤξυνται. Aoriſt.primus ὠξύνθην, & compoſitum παρωξύνθην, θης,θη,παροξύνω.

Πάλιν σκοπῶν τις πῶς ἂν πρᾶος ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ μεγαλόθυμος γένοιτο, ὥστε τῷ μὲν θυμῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας κεχρῆσθαι,τῇ δὲ πρᾳότητι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. εὑρήσει τὸν Δαβὶδ γενναῖον μὲν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασι, πρᾶον δὲ, καὶ ἀκίνητον ἐν ταῖς πρὸς ἐχθροὺς ὧν ἀντιδόσεσι.

Rursum reputans aliquis, quomodo clemens in eodem, & magnanimus fiat, vt quidem animo contra peccatum vtatur, sed clemētia erga homines: inuenies Dauid generosum quidem in circa bellum facinoribus, clementem autem, & immotum inimicorum vltionibus.

Rursus aliquis putans quomodo magnanimus idem, & clemens esse possit, vt animo quidem obfirmato aduersus peccatum, clementia verò vtatur erga homines: illic Dauidem inueniet generosum in bellicis facinoribus, clementem, & placidum in inimicis vlciscendis.

Σκοπῶν) σκοπέω, crasis σκοπῶ, partic. σκοπῶν.

Ἐν ταὐτῷ) in eodem. idest, pariter. Attici neutrum pronominis αὐτὸς efferunt vnà cum articulo, dicentes ταὐτὸ, quasi τὸ αὐτὸ per apostrophū, datiuus ταὐτῷ.

Μεγαλόθυμος) fit à μεγάλος, magnus, & θυμὸς, animus.

Γένοιτο) γίνομαι, secundus aor. med. ἐγενόμην, pa. 107. v. 8. Optatiuus γενοίμην, γένοιο, γένοιτο.

Ὥστε κεχρῆσθαι) ὥστε gaudet infinitiuo, ut ὡς, suprà, pag. 74. v. 14.

Κατὰ τῆς ἁμαρτίας) cōtra peccatum. κατὰ cum genitiuo in malam partem capitur, & perniciem significat.

Κεχρῆσθαι) χράομαι, χρήσομαι, κέχρημαι, κέχρησαι, κέχρηται: secunda pers. plur. κέχρησθε: assumpto σ, p. 33. v. 27. vnde fit infinit. κεχρῆσθαι, accentu in penultimam tracto. de quo p. 38. v. 17.

Πρᾳότητι) ὁ πρᾷος: inde ἡ πρᾳότης, τῆς πρᾳότητος.

Εὑρήσει) εὑρίσκω, tempora sumit ab εὑρέω, futurum εὑρήσω.

Γενναῖον) γέννα, stirps: inde γενναῖος, generosus.

Ἀνδραγαθήμασι) ab ἀνὴρ ἀνδρὸς, vir, viri, & ἀγαθὸς, bonus, pręstans, fit verbum ἀνδραγαθέω, virũ me pręsto, fortem & strenuum me prębeo: futurũ ἀνδραγαθήσω, pręteritum actiuum ἠνδραγάθηκα, passiuum, ἠνδραγάθημαι. verbale τὸ ἀνδραγάθημα, pag. 84. v. 24. virile facinus, & factum generosi animi, τοῦ ἀνδραγαθήματος, τῷ ἀνδραγαθήματι, τοῖς ἀνδραγαθήμασι.

Ἀκίνητον) κινέω, κινήσω, κεκίνηκα, κεκίνημαι, κεκίνησαι, κεκίνηται: verbale κινητὸς, p. 84. v. 28. vnde ἀκίνητος, immotus, immobilis, ideſt placidus, & clemens.

Ἀντιδόσεσι) δίδωμι, δώσω, δέδωκα, δέδομαι, δέδοσαι: verbale ἡ δόσις, pag. 84. v. 27. τῆς δόσεως, τῇ δόσει, ταῖς δόσεσι, compoſitum ἀντιδόσεσι, ab ἀντίδοσις, retributio ab ἀντιδίδωμι, retribuo.

Τοιοῦτος ἦν, καὶ Μωσῆς, μεγάλῳ μὲν θυμῷ κατὰ τῶν εἰς Θεὸν ἐξαμαρτανόντων διανιστάμενος, πραείᾳ δὲ τῇ ψυχῇ τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς ὑποφέρων.

Talis erat & Moſes, magna quidem ira contra in Deum peccantes inſurgens, miti autem animo contra ſeipſum calu mn as ſuſtinens.

Talis erat Moſes ingenti ille quidem ira in illos inſurgens, qui in Deum peccauerant. ſed miti animo perferens illos, qui ſibi obtrectauerant.

Ἦν) imperfectum. ab εἰμὶ, ſum, p. 98. v. 18.

Ἐξαμαρτανόντων) ἁμαρτάνω, participium ἁμαρτάνων, τοῦ ἁμαρτανόντος, τῶν ἁμαρτανόντων: compoſitum ἐξαμαρτανόντων ab ἐξαμαρτάνω.

Διανιστάμενος) ἵσημι, paſſiuum ἵσαμαι: compoſitum ἀνίσαμαι, deinde διανίσαμαι; participium διανιστάμενος.

Πραεία

Πραεῖα) ὁ πρᾶος, mitis, fœm. autem ἡ πραεῖα, τῆς πραείας, τῇ πραείᾳ fit à nomine non admodum vsitato πραΰς, vnde & verbum πραΰνω, vt ab adiectiuo ὀξύς, fœmininum ὀξεῖα, verbum ὀξύνω.

Καθ' ἑαυτοῦ) pro κατὰ ἑαυτοῦ, apostrophos est.

Διαβολὰς) διαβάλλω, calumnior: vnde διαβολὴ per ο, de hoc suprà, pag. 60. v. 24. in συμβόλαια.

Ὑποφέρων) φέρω, ὑποφέρω, participium ὑποφέρων.

Καὶ πανταχοῦ ὥσπερ οἱ ζωγράφοι ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνα γράφωσι, πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν, σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα. οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματά τινα κινούμενα, καὶ ἔμπρακτα, τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν οἰκεῖον ποιεῖσθαι διὰ μιμήσεως.

Et vbique quemadmodum pictores, quando ex imaginibus imaginem pingunt, identidem ad exemplar respicientes, inde characterem ad suum ipsorum student transferre opificium: ita oportet & studentem seipsum omnibus partibus virtutis efficere perfectum, tãquam ad simulacra quædam mota, & effectuosa vitas sanctorum respicere, & illorũ bonum suum facere per imitationem.

Quemadmodum autem pictores, quum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium; ita qui se se meditatur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulacra quædam spirantia & actuosa, Sanctorum vitas respicere oportet, propriaq; opera illorum imitando facere.

Ζωγράφοι) ζωγράφος, pictor: à ζῶον, & γράφω.

Γράφωσι) subiunctiuus, vt τύπτωσι.

Παράδειγμα) δεικνύω, tempora sumit à δείκω,

pag.107.v.22.fut.δείξω, præteritum actiuum δέδειχα, paſ. δέδειγμαι: cōpoſitum παραδεικνύω, παραδέδειγμαι: verbale τὸ παράδιγμα, exemplar.

Τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα) vim articuli poſiti cum aduerbio ſic poſſis explicare, Inde petitam, aut de ſumptam formam: pro quo Bud. dixit, Lineamenta eius.

Μεταθεῖναι) τίθημι, ſecūdi Aor. infinitus θεῖναι, p.61.v.26. compoſitum, μετατίθημι, μεταθεῖναι.

Φιλοτέχνημα) φιλοτεχνέω, opificijs excolēdis ſtudeo, à φίλος, & τέχνη. verbale τὸ φιλοτέχνημα, à prę terito paſſiuo.

Εσπουδακότα) σπουδάζω, ἐσπούδακα. participium ἐσπουδακώς, τοῦ ἐσπουδακότος, τὸν ἐσπουδακότα.

Πᾶσι) datiuus pluralis à πᾶς, παντὸς.

Μέρεσι) τὸ μέρος, τοῦ μέρεος, τῷ μέρεϊ, & plur. τοῖς μέρεσι.

Απεργάσεσθαι) ἐργάζομαι, futurum ἐργάσομαι, infinitiuus ἐργάσεσθαι. cōpoſitum ἀπεργάσεσθαι, ab ἀπεργάσομαι.

Τέλειον) τέλος, finis, ὁ τέλειος, perfectus.

Οἱονεὶ) tanq̄ idē quod οἷον, vt ὥσπερ, & ὡσπερεὶ.

Αγάλματα) ἀγάλλω, futurum ἀγαλῶ, prętęritū actiuum ἤγαλκα, paſſiuum ἤγαλμαι: verbale τὸ ἄγαλμα, τοῦ ἀγάλματος.

Κινούμενα) κινέω, paſſiuū κινέομαι, craſis κινοῦμαι, participiū κινούμενος, neut. pl. τὰ κινούμενα, quæ mouentur, id eſt viua.

Εμπρακτα) πράττω, πράξω, πέπραχα, πέπραγμαι, πέπραξαι, πέπρακται: verbale πρακτὸς, pag 84. ver. 28.

deinde

deinde additur præpositio ἐν, ἔμπρακτος: qua voce Greg Nazianzenus elegãter vſus eſt in laudibus Athanaſij. οὕτω γὰρ, inqt, ἀμφότερα συνηρμόσατο, καὶ εἰς ἓν ἤγαγε, καὶ πρᾶξιν ἡσύχιον, καὶ ἡσυχίαν ἔμπρακτον. ſic enim vtrumq; coaptauit, atq; in vnum adduxit, actionem quietam, & quietem actuoſam.

Οἰκεῖον) οἶκος, domus, οἰκεῖος, domeſticus.

Ποιεῖσθαι) ποιέομαι, infinit. ποιέεσθαι, craſis, ποιεῖσθαι, ſumitur vox paſſiua in ſignificatione actiua.

Μιμήσεως) μιμέομαι, ſecũda perſona pteriti paſſiui μεμίμησαι: vnde verbale ἡ μίμησις, τῆς μιμήσεως, pag. 84. ver. 25. Hoc loco multas voces tranſmiſimus, partim ꝙ priùs ſint excuſſæ, partim etiam ꝙ inſpecto Lexico, facilè fuerit ipſum thema reperi re: cuiuſmodi ſunt, εἰκόνων, genit. plural. ab εἰκών. πυκνὰ, à πυκνός. ἀποβλέποντες, participium ab ἀποβλέπω: cuius ſimplex βλέπω. χαρακτῆρα ab ὁ χαρακτὴρ, de quo ſuprà. σπουδάζουσι, tertia perſ. pluralis à σπουδάζω. ἀρετῆς, genitiuus ab ἀρετή. τινὰ à nominatiuo τὶς, βίους, ab ὁ βίος. ἁγίων, ab ὁ ἅγιος. ἀποβλέπειν, infinitiuus ab ἀποβλέπω, & cętera, quę parui ſunt mométi. Quapropter iſtiuſmodi poſthac aut in totum omittemus, aut leui tantum brachio, ſicut modò fecimus, ſimul omnia perſtringemus, quæ ad eundem locum pertinebunt.

Εὐχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι, νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν, καὶ ἀκμαιοτέραν τῷ πρὸς θεὸν πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσιν.

Orationes rurſum lectionibus ſuccedentes, recentiorem animam, & vegetiorem ad Deum deſiderio motam accipiunt.

Tam

Iam verò orationes lectionibus, succedētes recentiorem animā vegetioremq́; accipiunt, vtpote desiderio Dei iam flagrantem.

Ἀναγνώσεις) γινώσκω tempora sumit à γνόω, fut. γνώσω, preteritum actiuū ἔγνωκα, passiuum ἔγνωσμαι, ἔγνωσαι, verbale est, ἡ γνῶσις, τῆς γνώσεως, p. 84. v. 26. accusatiuus pluralis τὰς γνώσεας, & per crasin γνώσεις, compositum ἀναγνώσεις, nominatiuus ἡ ἀνάγνωσις, lectio ab ἀναγινώσκω, lego.

Νεαρωτέραν) νέος, inde νεαρὸς, vt λίπος, λιπαρὸς, πίνος, πιναρὸς, ῥύπος, ῥυπαρὸς, &c. comparatiuus ὁ νεαρώτερος, ἡ νεαρωτέρα, τὴν νεαρωτέραν.

Ἀκμαιοτέραν) a substantiuis in α, vel η fiūt adiectiua in αῖος: βία, βιαῖος, γέννα, γενναῖος, ἀκμὴ, ἀκμαῖος comparatiuus ὁ ἀκμαιότερος, ἡ ἀκμαιοτέρα, τὴν ἀκμαιοτέραν.

Κεκινημένην) κινέω, κινήσω, κεκίνηκα, κεκίνημαι: particip. ὁ κεκινημένος, ἡ κεκινημένη, τὴν κεκινημένην.

Reliqua facilia sunt. ἀρχαὶ nominatiuus pluralis ab ἡ ἀρχή. πάλιν, aduerbium est, διαδεχόμεναι, à διαδέχομαι, participium διαδεχόμενος, ἡ διαδεχομένη plurale αἱ διαδεχόμεναι: simplex verbū est δέχομαι. ψυχὴν accusatiuus ab ἡ ψυχή: πρὸς, præpositio posita hic cū accusatiuo θεὸν, cuius nominatiuus, ὁ θεός. πόθῳ. datiuus ab ὁ πόθος, desiderium. παραλαμβάνουσιν, tertia persona est pluralis numeri à παραλαμβάνω, simplex λαμβάνω: additur autē ν in παραλαμβάνουσιν, de quo pag. 22. ver. 21 in Institutionibus Grammaticis.

Εὐχὴ δέ γε καλὴ, ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ. καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν ἑαυτῷ τὸν θεόν.

Oratio

Oratio verò bona, manifestam ingenerans Dei notionẽ animo, & hoc est Dei inhabitatio, in memoria habere insidentem in seipso Deum.

Atqui est oratio illa bona, quæ compertam Dei notionem in animo ingenerat. Est verò Dei inhabitatio insidentem intus Deum memoria complecti.

Δέγε) δὲ, verò, autem, at, cæterum, porrò, veruntamẽ, vt loco quadrat. addit γε adiectio syllabica. δέγε, vt apud Latinos, qui in alioqui, atqui.

Εναργῆ) ὁ καὶ ἡ ἐναργὴς, τοῦ, καὶ τῆς ἐναργέος, τὸν, καὶ τὴν ἐναργέα. crasis ἐναργῆ, primæ decl. cõtractorũ.

Εμποιοῦσα) participium fẹmin. ab ἐμποιέω.

Ενοίκησις) οἰκέω, ἐνοικέω, ἐνοικήσω, ἐνῴκηκα, ἐνῴκημαι, ἐνῴκησαι. verbale ablato incremento, ἐνοίκησις, pag. 87. ver. 27.

Ενιδρυμένον) ἱδρύω, futurum ἱδρύσω, præteritum actiuum ἵδρυκα, passiuum ἵδρυμαι, particip. ἱδρυμένος, accusatiuus τὸν ἱδρυμένον: compositum ἐνιδρυμένον. quòd si legatur ἐνιδρύμενον, accentu in antepenultima, erit participium præsentis temporis à passiuo verbi in μι. nam ab ἱδρύω, fit ἵδρυμι, passiuum, ἵδρυμαι, compositum ἐνίδρυμαι, participium ἐνιδρύμενος, idest insidens.

Οὕτω γινόμεθα ναὸς θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται: ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος, ἐπὶ θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προκαλούμενα ὑμᾶς εἰς ἀκρασίας πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

Ita efficimur templum Dei, quando non curis terrenis assiduitas memoriæ interrumpitur, neq; improuisis pertur-

batio-

bationibus mens turbatur, sed omnia effugiens amans Dei, ad Deum secedit, expellens prouocantes nos in intemperātias affectus, & ad virtutem ducentibus studijs immoratur.

Hacq; nos ratione templum Dei efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improuisis perturbationibus intellectus tumultuatur, sed hæc omnia effugiēs vir amore Dei præditus, ad Deum ipse secedit, tum affectus foras quatiens qui ad intemperantiam prouocant, tum in ijs studijs libenter versans quæ ad virtutem ducunt.

Απροσδοκήτοις) δοκέω, per ε, cōpositum προσδοκάω per α, vt cōtrà συλάω per α, ἱεροσυλέω per ε. Igitur, προσδοκάω, expecto, futurum προσδοκήσω, præteritum actiuum προσδεδόκηκα, passiuum, προσδεδόκημαι, προσδεδόκησαι, προσδεδόκηται, verbale προσδοκητὸς: inde ἀπροσδόκητος, inexpectatus.

Αποφυγὼν) φεύγω, secūdus Aor. ἔφυγον, pag. 26. ver. 22. participium φυγὼν, compositum ὑποφυγὼν ab ἀποφεύγω.

Φιλόθεος) amans Dei, à φίλος, & θεός, vt φιλάνθρωπος, humanus, amans hominum, à φίλος, & ἄνθρωπος.

Αναχωρῇ) χορέω, ἀναχωρέω, subiunctiuus tertię personæ ἐὰν ἀναχωρέῃ: crasis ἀναχωρῇ, vt ποιῇ.

Προκαλέμενα) καλέω, καλέομαι. crasis καλοῦμαι, προκαλοῦμαι, participium προκαλούμενος.

Ακρασίας) κεράννυμι, tempora sumit à κεράω, futur. κεράσω, & elidendo ε dicitur κράσω, præt. act. κέκρακα, pass. κέκραμαι, κέκρασαι: vnde verbale per α priuatiuum ἡ ἀκρασία, intemperātia. accus. pluralis τὰς ἀκρασίας.

Επιτηδεύμασιν) datiuus pluralis à nomine τὸ

ἐπι-

ἐπιτήδειμαι, quod eſt verbale a præterito paſſiuo verbi ἐπιτηδεύω.

Ενδιατρίβῃ) τρίβω, διατρίβω, ἐνδιατρίβω. ſubiunctiuus tertiæ perſonæ eſt ἐνδιατρίβῃ.

